MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80290-3

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

BONITZ, HERMANN

TITLE:

OBSERVATIONES CRITICAE IN ...

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1842

Master Negative #

91-80290-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ar51
EZ

Bonitz, Hermann, 1814-1888.
Observationes criticae in Aristotelis libros Metaphysicos, scripsit Hermannus Bonitz ... Berolini, Bethge, 1842.
146 p. 20½ cm.

46732

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10-17-91 INITIALS M. B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS

BY APPLIED IMAGE, INC.


ÜBER
Ar51

88A r 51 EZ

Columbia University
in the City of New York
Library

GIVEN BY

Dr. Henry Drisler.

C

Contents.

No. 1.
A. D.
COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARY
13 Oct '97
Dr. Henry Drisler Jr.

OBSERVATIONES CRITICAE IN ARISTOTELIS LIBROS METAPHYSICOS.

SCRIPSIT

HERMANNUS BONITZ,
PHILOS. DR. GYMNASII LEUCOPHAEI BEROLINENSIS COLLEGA.

BEROLINI,
SUMPTIBUS GUSTAVI BETHGE.
MDCCCXLII.

COLUMBIA
UNIVERSITY
LIBRARY

Aristotelis libri quum omnes, si quis penitus eos intelligere voluerit, diligens studium et acerrimam mentis intentionem requirant, tum eos, qui metaphysicorum nomine feruntur, praecipua quadam difficultate laborare inter omnes convenit, siquidem de sententiarum obscuritate, dicendi brevitate, argumentandi subtilitate non magis veteres queruntur quam recentiores interpretes. Est autem triplex fere fons, unde singularem hanc difficultatem manare dixerim. Ac primum quidem et haud scio an maximum intelligendi impedimentum in ipsa rerum, quae tractantur, natura positum est. Quum enim philosophus de abditis sciendi principiis agat et de iis rebus disputet, quae a sensuum evidentia longissime remotae unice mentis acie judicantur, non est mirum quod, quae summo ingenii acumine reperta sunt, non sine magna animi intentione percipi possunt. Quae quidem difficultas ex ipsa rei indole exorta eo augetur, quod Aristoteles non satis habet suam sententiam proposuisse et demonstrasse, sed simul priorum philosophorum placita breviter, ut inter agnoscentes, notat et ita perstringit, ut comprobando quae recte illi statuerint, refutando quae secus, suam doctrinam praeparet et illustret; nobis vero, quibus superiorum philosophorum sententiae magnam partem ex ipsa modo Aristotelis notatione divinandae sint, haec earum existimatio rem obscurat saepius quam illustrat. Altera difficultas

cernitur in metaphysicorum ordine et compositione. Ea est enim totius operis ratio, ut jam antiquitus a doctissimis interpretibus dubitatum sit, verene hi libri eo, quo traditi sunt, ordine ab Aristotele scripti sint, an omittendis adjiciendis transponendis libris totius operis integritas sit sublata. Qua de re quidquid statuitur, hoc unum ex ipsa quaestione multum ac varie tractata manifestum est, non esse eam hujus operis formam, ut ordine et contextu singularum partium multum adjuveris ad summam libri perspiciendam, sed contra assidua lectione et accurata cognitione eo enitendum esse, ut probabilem de vero partium ordine conjecturam facias. Tertium denique impedimentum, quod verba scriptoris multis librariorum erroribus inquinata sunt, commune illud quidem est Aristotelis metaphysicis cum reliquis omnibus antiquitatis scriptoribus, sed aliquanto tamen majus et gravius in his libris videtur. Commune dixi hoc esse incommodum Aristoteli cum reliquis scriptoribus, quorum libri aetatem tulerunt, siquidem quod de singulari quodam fato librorum Aristotelicorum accepimus, quod omnem spem vel accedendi ad genuinam eorum formam prorsus eximeret, ita est explosum a viris doctissimis, ut non debuerit nuper conquisitis temere levissimis rationibus restitui [1]). Quae autem communis fuit omnibus scriptoribus fortuna, ea gravius detrimentum, quam aliis multis, Aristotelis libris ac praecipue metaphysicis videtur attulisse; nimirum quo quid difficilius erat ad intelligendum, eo proniores ad errandum librarios fuisse consentaneum est.

---

1) Refutarunt notissimam Strabonis et Plutarchi narrationem Brandis, Rhein. Mus. I, 3. p. 236 — 254; I, 4. p. 259 — 286, Kopp, ibid. III, 1, p. 93—104, Stahr Aristot. II, p. 1—166; defendere suscepit Glaser, die Metaphysik des Aristoteles, nach Composition, Inhalt und Methode, p. 3—18.

Hae igitur difficultates superandae erunt, si ad plenam et perfectam metaphysicorum Aristotelis cognitionem pervenire voluerimus. Quam quidem ad rem quum nostra aetate, ex quo post diutinam oblivionem studium Aristotelis renovari coeptum est, multum a viris doctis collatum sit, non pariter tamen horum studiorum fructus ad tria, quae distinximus, difficultatis genera pertinuit. Etenim a philosophia exortum est novum illud Aristotelis studium, quae quum summorum ingeniorum contentione nostra aetate et nostra maxime in patria exculta et florens suas ipsa origines coepisset respicere, fieri non potuit, quin is philosophus prae ceteris celebraretur, qui et suo nomine gravissimus, et superiorum philosophematum auctor esset certissimus, et per multa postea saecula summum obtinuisset in universa philosophia imperium. Itaque quotquot vel universam Graecorum et Romanorum philosophiam enarrare susceperunt, vel in singulari quadam parte elaborarunt, omnes in cognoscenda et explicanda Aristotelis philosophia operam posuerunt; nec defuerunt, qui primam philosophiam Aristotelis, quae metaphysicis libris continetur, separatim explicare instituerent [1]). His studiis ad cognoscenda Aristotelicae philosophiae principia ac superandam ita primam metaphysicorum librorum difficultatem multum jam esse profectum nemo negabit, licet plura et gravissima etiam nunc restent, quae ampliorem disputationem requirant.

Nec minus altera quaestio, qua de ordine et compo-

---

1) Prae ceteris nominandus est Biese, die Philosophie des Aristoteles. Vol. I. 1835; alterum volumen nunc ipsum typis describitur. Praeterea Michelet examen critique de l'ouvrage d'Aristote intitulé Métaphysique. Paris 1836. Glaser l. l. — Difficillimos aliquot metaphysicorum locos Trendelenburgius illustravit duabus commentationibus: Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata, 1826, et: Ueber das τὸ τί ἦν εἶναι bei Aristoteles. Rhein. Mus. 1828. IV.

sitione librorum metaphysicorum agitur, virorum doctorum diligentiam et acumen exercuit. Qua de re postquam Brandisius caute et circumspecte ita egit, ut pro lubrica hujus rei natura non certam et omni dubitatione exemptam, sed probabilem sententiam proponere studeret, duo exstiterunt viri, qui quum in sententias longe inter se diversas abirent, pariter tamen uterque ipsam rei veritatem se assecutos profiterentur [1]). Quod haud scio an gloriosius quam verius dixerint; sed quamquam multum abest, ut rem confectam et absolutam dicamus, ita tamen in diversas partes disputando quaestio praeparata est, ut quae potissimum possint proponi sententiae quibusque e rebus judicium sit repetendum appareat.

Haud pariter consultum est tertiae explicationis parti, quae cernitur in textu scriptoris restituendo et a librariorum erroribus liberando, necdum philologia ei viro, quem hujus disciplinae auctorem jure dicas, debitam videtur gratiam rettulisse. Quum enim diu Aristoteles a philologis prorsus neglectus esset, nostra aetate primus Brandisius, et melioribus aliquot libris manuscriptis et commentatorum veterum interpretatione usus, novam metaphysicorum editionem paravit, anno 1823, superioribus tanto fere emandatiorem, quantum ipse Brandisius superiores editores subtili Aristotelis cognitione antecelleret. Postea quum Academia regia Borussica consilium cepisset Aristotelis opera e diutino situ excitandi, Bekkerus, summus in restituendis literarum monumentis artifex, delectus ad hoc munus ab Academia, collatis quotquot repe-

1) Brandis de perditis Aristotelis libris de ideis et de bono, 1823, et: Ueber die Ordnung und den Zusammenhang der Met. des Arist. Berlin. Acad. 1834. — Michelet et Glaser ll. ll. — Praeterea de eadem re disputarunt Titze, de Aristotelis operum serie et distinctione, 1826, et Brummerstädt, über Inhalt und Zusammenhang der met. Bücher des Ar. 1840.

riri poterant libris scriptis, novam omnium Aristotelis operum editionem condidit; cujus duo volumina textum continent et enotatam e codicibus scripturae discrepantiam, omissa tamen ea lectionis varietate, quae e commentatoribus Graecis et ex antiquissimis editionibus afferri poterat; tertio volumine repetitae sunt virorum doctorum versiones Latinae; quarto volumine Brandisius excerpta e veteribus commentariis exhibuit, quae quinto volumine absolventur. Hac quidem editione quantum sit profectum neminem latere potest, qui eam vel obiter cum superioribus comparaverit; quantum etiamnunc desideretur, quum alii significarunt, tum praeclarissime Trendelenburgius quum libros de anima recenseret et monuit et luculento exemplo docuit. Neque omnino haec critica quaestio ea est, quam eadem opera et unius viri doctrina et acumine absolvi posse confidas; gravissimis sane mendis sublatis facilior est ad Aristotelem aditus paratus, sed conjunctis demum multorum studiis fieri poterit, ut criticae artis opus perficiatur. Quam ad rem suspiceris quidem eos aliquid attulisse, qui in interpretandis et convertendis metaphysicis versati sunt, quum multis locis per ipsam sententiam vetemur in textu nunc vulgato acquiescere; sed et in Micheletii libro frustra quaeras, quod criticum usum habeat, et Biesius, de explicanda Aristotelis philosophia egregie meritus, in interpretandis Aristotelis libris longius recedit ab ipsis philosophi verbis, ut saepe nescias secutusne sit lectionem vulgatam an aliud quid de conjectura posuerit. Glaserus vero, qui pressius verba Aristotelis sequitur, quum textum metaphysicorum ex ea, quam de eorum fatis amplexus est, sententia misere depravatum et laceratum censere debeat, tantum tamen abest ab omni artis criticae usu, ut et locos integros saepissime perversa interpretatione corrumpat, et corruptelae manifestos sine ulla dubitatione verbum verbo reddens in

vernaculam linguam convertat. Hengstenbergius, quum secundum editionem Brandisii, antequam Bekkeriana prodiit, metaphysica vernacule interpretaretur, diligenter ille quidem sed parum perspicue, interdum sive suo judicio, sive Brandisio auctore textum tum vulgatum aptis conjecturis emendasse videtur; sed quoniam alterum ejus libri volumen, quod adnotationes daret, non prodiit, de earum emendationum ratione non potest certo judicari. Itaque post insignem Bekkeri operam nemo, quod sciam, in emendando et perpoliendo metaphysicorum textu elaboravit. Ac videtur tamen, licet nova e libris scriptis subsidia non accesserint, haud paucis locis propius ad genuinam Aristotelis manum accedi posse, si quis et ratiocinandi nexum acriter attenderit, et Aristotelis dicendi usum diligenter observarit, et commentatorum veterum interpretationem ubique contulerit. Hac ratione et his subsidiis usus, quae per novissimam editionem omnibus in promptu sunt, quum hic illic metaphysicorum textum emendasse mihi videar, jam conjecturas meas virorum doctorum judicio subjicere constitui, si quid vel ex mea qualicunque opera, vel ex aliorum de ea judicio ad restituendum pristinum libri nitorem proficeretur.

Scio quidem hoc commentationum genus, quod in emendandis scriptorum verbis versatur, non magnopere probari, quoniam conjiciendi libertas verendum est ne in hariolandi temeritatem abeat, et exigui animi videtur in singulis verbis et literulis haerere, ubi universi potius operis imago animo concipienda et exprimenda sit. Quam sententiam ita probo, ut caute instituendam hanc operam, non omittendam censeam. Summum enim et principem locum in restituendis veterum scriptorum verbis codicum auctoritati deberi, quis est qui neget; sed quum nullus omnino liber integer ab omni librariorum errore traditus nobis sit, fieri non potest quin passim ad conjecturas confugiamus. Et est etiam conjecturae necessaria quaedam ratio, quae si pro rei natura mathesis evidentiam non aequat, tanta tamen est, quantam omnino res historicae patiuntur. Equidem hanc mihi legem scripsi, ut non quae possent melius scribi, sed quae aliter scripta esse oporteret quaererem; nec proponam nisi eas conjecturas, quae et per se necessariae et repetita lectione confirmatae mihi videantur, praetermissis aliis haud paucioribus, de quibus vel levis dubitatio suborta sit. — Quod autem parvum et exile existimatur, singulis literis et lineolis commutandis inhaerescere, equidem neque in ea sum sententia, ut hunc criticae artis usum ultimum finem et quasi summum bonum esse censeam, quo referantur literarum studia, neque vero quidquam in omni doctrina parvum esse arbitror, dummodo ad summum finem recte dirigatur. Primum sane ac summum est in legendo Aristotele, ut ejus philosophiam cognoscamus eaque cognita in perspiciendis solvendisque gravissimis sciendi quaestionibus adjuvemur. Sed philosophum, qualis est Aristoteles, frustra se intellecturum speret, qui singula quaeque magis universe divinasse quam penitus perspexisse satis habuerit, vel verba philosophi perverse explicita intrusis alienae sapientiae commentis illustrasse sibi videatur. Quod nostra aetate saepius fiducia et arrogantia non minore, quam ignorantia et levitate factum videmus; dedignati nimirum exile et deformatum injuria temporum philosophi corpus contueri, quum ad ipsum ingenium excelsum et immortale capessendum ruunt, nebulam pro Junone amplectuntur. Contemnas licet putidam verborum doctrinam, modo eam ne omiseris. Singula quaeque, et verba et enunciationes et sententiarum ordinem, penitus perspecta esse oportet, si ipsum Aristotelem intellexisse existimari volumus; quae fundamenta nisi firma egerimus, temere ipsum philosophiae opus superstruere conabimur. Sed in hoc genere explica-

tionis necessario adhibendus erit is artis criticae usus, qui a repetita philosophi lectione et diligenti ejus philosophiae studio repetatur, ac tam arte inter se cohaerent verborum emendatio et philosophiae Aristotelis cognitio, ut sine utriusque detrimento altera ab altera sejungi nequeat. Itaque non taedebat ea, quae per se parva et exigua jure habeantur, apud animum volvere et revolvere; sperare enim poteram, ad philosophiam Aristotelis cognoscendam hanc operam non prorsus inutilem fore.

Secutus sum, ut par est, in proponendis emendationibus textum Bekkeri, adhibita ubique Brandisii editione; si quid e commentatoribus a Brandisio editis ad emendanda philosophi verba pertinere videretur, religiose ubique adnotavi; nec vel Sylburgii adnotationem criticam (in edit. Wecheliana. Francof. 1585.), vel Bessarionis versionem Latinam, quum interdum meliorem lectionem exprimere videatur, comparare omisi. Quodsi quando mihi acciderit, ut emendationem ab alio jam propositam tamquam meam afferrem, id velim aequi judices inscitiae tribuant, non fraudi.

I.

Ordiamur ab iis locis, qui lenissima medela, distinctione tantum mutata, videntur sanari posse. Quod quidem genus emendandi quam late pateat in Aristotelis textu rectius constituendo, vere et monuerunt et exemplis docuerunt doctissimi Aristotelis interpretes [1]). Etenim quum Aristoteles et reliquis in libris et praecipue in plerisque metaphysicorum partibus genere scribendi utatur

1) Cf. Trendelenburg, Rhein. Mus. 1828. IV. pag. 466. — Krische, Götting. G. A. 1834. III. pag. 1888. sqq.

admodum denso et conciso et propter ipsam brevitatem obscuro, fieri facillime potuit, ut librarii non satis intellectis scriptoris verbis errarent in distinguendis enunciationum membris, ac vicissim his erroribus magis quam alibi sententia scriptoris turbata est et obscurata; quare quod Aristoteles de Heraclito dicit *τὰ τοῦ Ἡρακλείτου διαστίξαι ἔργον* (Rhet. III, 5.), haud inepte ad ipsum Aristotelem transferas. Ac permultis quidem locis Bekkerus, modo sublata modo mutata priorum editionum distinctione, verbis Aristotelis suum ordinem suumque sensum restituit, sed restant etiamnunc haud pauci in libris metaphysicis, qui hac lenissima ratione emendari possint.

B, 6. p. 1002b33, 34. (Br. 60, 5.) *σύνεγγυς δὲ τούτων ἐστὶ τὸ διαπορῆσαι πότερον δυνάμει ἐστὶ τὰ στοιχεῖα ἤ τίν' ἕτερον τρόπον. εἰ μὲν γὰρ ἄλλως, πῶς πρότερόν τι ἔσται τῶν ἀρχῶν ἄλλο.* — Quaerit Aristoteles utrum prima omnium rerum elementa potentia esse censenda sint, an alio modo. Significari per hunc *ἕτερον τρόπον* actum, *ἐνέργειαν*, et e constanti harum notionum oppositione manifestum est, et recte ab Alexandro Aphrodisiensi adnotatur; sed universam quaestionem Aristoteles hoc loco ita perstringit, ut nec distincte illum alterum modum definiat, nec qui sit quaerat; illud unum quaerit, utrum hoc an illo modo elementa esse dicenda sint. Propterea non est scribendum *ἢ τίν' ἕτερον τρόπον*, quod esset quaerentis, sed per pronomen indefinitum *ἤ τιν' ἕτερον τρόπον*. Ita et Alexander locum exhibet *ἤ τινα ἕτερον τρόπον* p. 635b22, et Bessarion interpretatur *an alio quodam modo*. — Jam proposita his verbis quaestione Aristoteles, quae est ejus in tertio libro ratio, dialectice ita in utramque partem disputat, ut neutrum verum esse, nec vel potentia vel alio modo elementa esse posse videantur. Ac primum quidem ea non alio modo esse posse demonstrat. *Εἰ δ' ἄλλως, πῶς πρότερόν τι ἔσται τῶν ἀρχῶν ἄλλο;* At qui ita quaerit,

πῶς π. τ. ε. τ. α., is manifesto requirit, ut sit aliquid prius ipsis principiis. Immo vero quod, si quis alio quodam modo elementa esse posuerit, inde consequens est, ut sit aliquid elementis prius, hac ipsa e ratione Aristoteles concludit, non posse illo altero modo poni elementa. Et hanc quidem sententiam habebimus commate posito post *πως* et deleto ejus particulae accentu *εἰ δ᾽ ἄλλως πως, πρότερόν τι ἔσται τῶν ἀρχῶν*, i. e. si quis alio modo elementa ponat, inde consequens est — *ἔσται*, usitatum Aristoteli in hac quam dicunt ad absurdum deductione — ut sit prius aliquid principiis; quod deinde proximis verbis exponit *πρότερον γὰρ ἡ δύναμις ἐκείνης τῆς αἰτίας, τὸ δὲ δυνατὸν οὐκ ἀναγκαῖον ἐκείνως πᾶν ἔχειν.* Distinctionem, quam restituimus, Alexander praecepit p. 635b22. *εἰ μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ „εἰ μὲν γὰρ ἄλλως πως") ἔσονται τῶν ἀρχῶν ἀρχαί κτλ.*; eandem Bessarion interpretatione expressit.

Γ, 4. p. 1006b4. (Br. 69, 11.) Principium contradictionis Aristoteles hoc loco demonstrat quemlibet adigi posse ut verum esse confiteatur, qui omnino concesserit significari quovis nomine aliquid (p. 1006a21.), sive unum aliquid sive plura, modo finita numero. *Διαφέρει δ᾽ οὐδέν*, ait, *οὐδ᾽ εἰ πλείω τις φαίη σημαίνειν, μόνον δὲ ὡρισμένα· τεθείη γὰρ ἂν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῷ λόγῳ ἕτερον ὄνομα.* Jam exemplo hanc rem illustrat: *λέγω δ᾽ οἷον εἰ μὴ φαίη τὸ ἄνθρωπος ἓν σημαίνειν, πολλὰ δέ, ὧν ἑνὸς μὲν εἷς λόγος, τὸ ζῷον δίπουν. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι πλείους, ὡρισμένοι δὲ τὸν ἀριθμόν· τεθείη γὰρ ἂν ἴδιον ὄνομα καθ᾽ ἕκαστον τῶν λόγων.* Apertum est hanc exempli expositionem accurate respondere priori enunciationi, qua res universe significatur, ita quidem ut conditio, quae illic significatur verbis *εἰ πλείω — ὡρισμένα*, hic uberius explicetur his verbis *εἰ μὴ φαίη — τὸν ἀριθμόν*, apodosis vero in utraque enunciatione prope iisdem verbis reddatur. Itaque puncto ante

εἰσὶ δὲ in comma mutato et commate ante *τὸ ζῷον* deleto, una enunciatione haec ita conjungenda sunt: veluti si quis dicat homo non significare unum, sed plura, quorum unius una sit notio animal bipes, sed alias etiam plures esse notiones, finitas tamen numero etc. Hanc distinctionem habet Bessarion; Alexander quomodo locum distingui voluerit non satis liquet. — Ex iis, quae hoc loco demonstrata sunt, paucis interpositis concludit Aristoteles *ἀνάγκη τοίνυν, εἴ τι ἔστιν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος ζῷον εἶναι δίπουν· τοῦτο γὰρ ἦν ὃ ἐσήμαινε τὸ ἄνθρωπος. Γ*, 4. p. 1006b29 (Br. 70, 11.). Et grammatica constructio tollitur, et omnis ratiocinandi nexus turbatur, si ita distinxeris. Vera distinctio, si non e recordatione usitatae admodum Aristoteli dictionis *ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι*[1]) legentibus in mentem veniebat, vel ab Alexandro repeti poterat *ἀνάγκη τοίνυν, εἴ τι ἔστιν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ἄνθρωπος, ζῷον εἶναι δίπουν* p. 657b12. cf. 38. i. e. si quid vere homo dici potest, necesse est, animal bipes esse, siquidem hoc significari vocabulo hominis concessum est. Ita recte Alexander locum explicat p. 657b19. *εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τὸ ὄνομα*[2]) *φύσεως μιᾶς ἐστὶ σημαντικόν, αὕτη δέ ἐστι τὸ ζῷον πεζὸν δίπουν, ἀνάγκη ἀληθοῦς ὄντος τοῦ λόγου τοῦ ἔστιν ἄνθρωπος (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ εἴ τι*[3]) *ἔστιν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ἄνθρωπος), εἶναι τὸ σημαινόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸ ζῷον πεζὸν δίπουν.* Extremam hujus interpretationis par-

---

1) Cf. *Γ*, 4. p. 1007b32. *εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον ὅτι οὐκ ἄνθρωπος.* *M*, 2. p. 1077b33. *καὶ τὰ μαθηματικὰ ὅτι οὐκ ἔστιν ἁπλῶς ἀληθὲς εἰπεῖν.*

2) Haud scio an pro *ὁ ἄνθρωπος τὸ ὄνομα* scribendum sit *τὸ ἄνθρωπος ὄνομα* et b13 in lemmate *ἐσήμαινε τὸ ἄνθρωπος*, ut est in textu Aristotelis, pro *ἐσήμαινεν ὁ ἄνθρωπος*, e constanti et Aristotelis et Alexandri usu. Arist. p. 1006b14, 23, 30. Alex. p. 657a42, b31, 33.

3) Brand. exhibuit *τις*. Sed cf. Arist. p. 1006b28. et Schol. p. 657b12.

tem Brandisius prorsus perturbavit, continuata parenthesi usque ad *πεζὸν δίπουν*, qua tamen apertum est unice explicationem verborum *ἀληθοῦς — ἄνθρωπος* contineri. Similem errorem continuanda longius parenthesi bis in ipsis metaphysicis ab editoribus commissum videmus. *Δ*, 12. p. 1019a35. (Br. 104, 28.). *λεγομένης δὲ τῆς δυνάμεως τοσαυταχῶς, καὶ τὸ δυνατὸν ἕνα μὲν τρόπον λεχθήσεται τὸ ἔχον κινήσεως ἀρχὴν ἢ μεταβολῆς (καὶ γὰρ τὸ στατικὸν δυνατόν τι ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον), ἕνα δ' ἐὰν ἔχῃ τι αὐτοῦ ἄλλο δύναμιν τοιαύτην.* His verbis ipse Aristoteles nos recordari jubet earum significationum, quas antea in notione potentiae, *τῆς δυνάμεως*, distinxit. Ubi quum legamus *ἡ μὲν οὖν ὅλως ἀρχὴ μεταβολῆς ἢ κινήσεως λέγεται δύναμις ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον, ἡ δ' ὑφ' ἑτέρου ᾗ ἕτερον* (p. 1019a19.), non dubitabimus parenthesin concludere in vocabulis *δυνατόν τι*, ut *ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον* ad *ἀρχὴ μεταβολῆς* referatur, *ἕνα μὲν τρόπον τὸ ἔχον κινήσεως ἀρχὴν ἢ μεταβολῆς ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον.* Ita demum justa exsistit diversarum significationum distinctio, et ea quidem, quam saepius ab Aristotele expositam videmus. Cf. *Θ*, 1, p. 1046a10; *Θ*, 8. p. 1049b8. Trendelenb. ad Ar. de an. p. 299. Confirmat distinctionem propositam Alexander, qui eandem secutus locum admodum dilucide interpretatur p. 710b25. — Alter locus, quo editores parum recte parenthesis signa posuisse videntur, est *Γ*, 2. p. 1004b20 (Br. 64, 25.) Ibi Aristoteles demonstrat philosophi esse *περὶ ἁπάντων δύνασθαι θεωρεῖν*, nec solum ipsum *τὸ ὄν*, sed etiam ejus *πάθη καθ' αὑτό* cognoscere. Quod ubi ex ipsa rei natura demonstravit, deinde illustrat adhibita comparatione fucatae sophistarum sapientiae, his verbis: *σημεῖον δέ* (sc. *τοῦ εἶναι τοῦ φιλοσόφου περὶ ἁπάντων δύνασθαι θεωρεῖν*)· *οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ ταὐτὸν μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ (ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστί, καὶ οἱ διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων), κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὄν ἐστιν. διαλέγονται δὲ περὶ τούτων δῆλον ὅτι διὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας εἶναι αὐτὰ οἰκεῖα.* Dialecticos omnibus de rebus disputare ita ad ipsam argumentationem pertinet, ut non possit parenthesi includi; nam ex eo ipso, quod dialectici et sophistae, affectantes philosophiae speciem, omnibus de rebus sibi agendum censent, quae cum ente conjunctae sint, Aristoteles colligit verae etiam et genuinae sapientiae esse *περὶ ἁπάντων δύνασθαι θεωρεῖν.* Itaque parenthesis signis includenda est unice sophisticae artis explicatio *ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστί.* Quodnisi hunc in modum enunciationem distinxeris, verba *κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὄν ἐστιν* non habebunt, quo recte referri possint; opponuntur enim verbis proximis *καὶ οἱ διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων.*

Δ, 28. p. 1024b5. (Br. 118, 24.) Aristoteles ubi distinguit quot modis dicatur *γένος*, *ποσαχῶς λέγεται τὸ γένος*, unam ejus nominis significationem his verbis exponit *ἔτι ὡς ἐν τοῖς λόγοις τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον, ὃ λέγεται ἐν τῷ τί ἐστι τοῦτο γένος, οὗ διαφοραὶ λέγονται αἱ ποιότητες.* Ita si distinxeris, *τοῦτο γένος* subjectum est enunciationis *τί ἐστι τοῦτο γένος*, et ad universam enunciationem praedicatum repetendum erit ex superioribus, nimirum *λέγεται γένος.* Unde haec exsisteret interpretatio, ut g e n u s id dici Aristoteles contenderet, quod primum poneretur in explicanda notione g e n e r i s; quod prorsus ineptum est. Ponendum vero est comma post *τί ἐστι*, ut *τὸ τί ἐστι*, i. e. notio, e constanti Aristotelis usu absolute dicatur, et *τοῦτο γένος* praedicati locum obtineat. ***Praeterea veluti in definitionibus id quod primum ponitur in definienda notione, id est genus, cujus differentiae dicuntur qualitates.*** Haec distinctio repeti poterat e commentariis Alexandri p. 730a1. *ἀποδίδωσι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστου ἐν τῷ ὁριστικῷ καὶ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνοντι λόγῳ, ὃ κατηγορεῖται ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ ὑποκειμένου· τούτου*

γὰρ δηλωτικὸν τὸ ὃ λέγεται ἐν τῷ τί ἐστιν· καὶ γὰρ τὸ οὕτως λεγόμενον γένος κτλ. Cum Alexandro consentit Bessarion.

Z, 4. p. 1030a31. (Br. 134, 14.) Principem locum in Aristotelis prima philosophia ea obtinet notio, quam novo nomine insignivit τὸ τί ἦν εἶναι i. e. rei singularis ea notio, qua unice ipsius rei natura significetur, excludatur autem quidquid vel ad materiam spectat, vel interposita alia notione accedit [1]). In ea notione explicanda Aristoteles per magnam septimi libri partem acute et subtiliter versatur, et quarto quidem capite postquam exposuit τὸ τί ἦν εἶναι non pertinere nisi ad substantias (p. 1030a5.), sub finem ejusdem capitis adjicit, usurpari tamen τ. τ. η. ε. etiam latiore quodam sensu. Quem ut illustret exempli loco adhibet τὸ τί ἐστι, quod pari ratione idem et magis adstricta et laxiore significatione usurpetur. ἢ καὶ ὁ ὁρισμός, ait, — ὁρισμός autem idem fere significat ac τὸ τί ἦν εἶναι — ὥσπερ καὶ τὸ τί ἐστι πλεοναχῶς λέγεται. Jam hoc exemplum uberius explicat καὶ γὰρ τὸ τί ἐστιν ἕνα μὲν τρόπον σημαίνει τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τόδε τι, ἄλλον δὲ ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων, ποσόν, ποιὸν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Sed non eadem ratione τὸ τί ἐστιν et ad substantiam et ad reliqua praedicamenta pertinet; substantiam enim primaria vi et absolute (πρώτως καὶ ἁπλῶς) significat, non item reliqua praedicamenta; namque quale, quantum, non — ens non simpliciter sunt, sed sunt tamquam quale, tamquam quantum, tamquam non — ens (p. 1030a21—27.). Exposito exemplo ad ipsum τὸ τί ἦν εἶναι redit, cujus explicandi caussa exemplum attulit. καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ὁμοίως ὑπάρξει πρώτως μὲν καὶ ἁπλῶς

1) Frustra quaesiveris nomen Latinum, quod illud τὸ τί ἦν εἶναι plane exprimat. Brevitatis caussa interdum interpretati sumus per notionem substantialem.

τῇ οὐσίᾳ εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥσπερ καὶ τὸ τί ἐστιν οὐχ ἁπλῶς τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ ποιῷ ἢ ποσῷ τί ἦν εἶναι. Sed his verbis, uti a Brandisio et Bekkero distincta sunt, omnis sententiarum nexus tollitur. Etenim ex superioribus non exspectari solum sed postulari oportet, ut ea diversarum significationum ratio, quae in exemplo τοῦ τί ἐστιν exposita est, jam ad τὸ τί ἦν εἶναι referatur, et utrumque τὸ τί ἐστιν et τὸ τί ἦν εἶναι inter se conjungatur; sed contra alterum ab altero disjungitur, quod dicit τὸ τί ἐστιν οὐχ ἁπλῶς τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ κτλ. i. e. τὸ τί ἐστιν non simpliciter est notio substantialis sive τὸ τί ἦν εἶναι, sed accedit qualitatis vel quantitatis notio. Una lineola transposita justus sententiarum ordo restituetur, si comma post τὸ τί ἐστιν posuerimus; unde haec exsistet constructio τὸ τί ἦν εἶναι ὁμοίως, ὥσπερ καὶ τὸ τί ἐστιν, ὑπάρξει πρώτως μὲν καὶ ἁπλῶς τῇ οὐσίᾳ, εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις, οὐχ ἁπλῶς τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ ποιῷ ἢ ποσῷ τί ἦν εἶναι. Quodsi quis reputaverit, quam apte ita demum sibi respondeant quae de τῷ τί ἐστιν exposita sunt et quae deinde ad τὸ τί ἦν εἶναι referuntur (cf. a 21—27 et a 29—32.), non dubitabit de nostrae distinctionis et interpretationis veritate; sed possumus eam confirmare Alexandri [1]) auctoritate, qui constructionem enunciati prope iisdem verbis exponit, quibus supra usi sumus, et rem ita explicat: ὥσπερ γὰρ τὸ τί ἐστιν οὐχ ἁπλῶς ὑπάρχει αὐτοῖς, ἀλλὰ τῇ μὲν οὐσίᾳ ἁπλῶς, αὐτοῖς δὲ (sc. τοῖς ἄλλοις) τὸ μετὰ προσθήκης τί ἐστι ποιόν, οὕτως καὶ τὸ τί ἦν εἶναι μετὰ προσθήκης, οἷον τί ἦν εἶναι ποιῷ κτλ. Eandem interpun-

1) Brevitatis caussa etiam in posterioribus libris metaphysicis inde ab *E* Alexandri nomine significabimus eos commentarios, qui vulgo ei adsignantur, quamquam eos non esse ab Alexandro Aphrodisiensi scriptos et ex ipsa eorum indole et e codicum vestigiis vere Brandisius videtur judicasse.

ctionem Bess. et Sylb. habent; primus Brandisius eam videtur novasse, quae in edit. Bekk. est [1]).

Alio ejusdem septimi libri loco ea distinguendi ratione, quam Bekkerus iniit, sententia quidem non mutatur, sed perturbatur grammatica verborum consecutio. Formae sive notionis partes a partibus materiae tum facile discerni Aristoteles dicit *Z*, 11., quum eandem formam diversae materiae impressam videamus; fieri tamen posse ut illae ab his sejungendae sint, etiamsi numquam in rerum natura certa quaedam forma a certa quadam materia disjuncta reperiatur. Veluti si omnes circuli aënei essent, nihilo magis aes partem fore ipsius notionis et formae circuli, sed difficile tamen fore abstrahere cogitando materiam a forma. Jam ita pergit *Z*, 11. p. 1036b5. (Br. 150, 15.) *οἷον τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος ἀεὶ ἐν σαρξὶ φαίνεται καὶ ὀστοῖς καὶ τοῖς τοιούτοις μέρεσιν· ἆρ' οὖν καὶ ἐστὶ ταῦτα μέρη τοῦ εἴδους καὶ τοῦ λόγου, ἢ οὔ, ἀλλ' ὕλη; ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καὶ ἐπ' ἄλλων ἐπιγίγνεσθαι ἀδυνατοῦμεν χωρίσαι.* Ultima verba inde ab *ἀλλὰ διὰ* non possunt ita a superioribus disjungi, ut illa quaerentis sint, haec respondentis vel contendentis, sed aut interrogandi forma continuanda usque ad *χωρίσαι*, aut interrogatio finienda est in verbis *καὶ τοῦ λόγου*, ut quae sequuntur omnia responsionem contineant. Hanc distinguendi rationem praecepit Alexander p. 759a9; ac sane eam praestare censeas, si usum Aristotelis respexeris, qui saepissime particulam *ἢ* ita usurpat, ut solummodo responsioni indicandae inservire videatur. Cf. Trendelenb. ad Ar. de an. p. 208.

---

1) Trendelenburgius in distinguendis notionibus *τὸ τί ἦν εἶναι* et *τὸ τί ἐστι*, de quibus docte et ingeniose disseruit Rhein. Mus. 1828. IV. et ad Arist. de an. p. 198 sqq., praecipue hoc ipso loco utitur, ita quidem ut distinctionem editionis Brandisianae sine ulla dubitatione accipiat.

Quodsi recte judicavimus de hujus loci distinctione, eadem emendatione opus erit *Z*, 8. p. 1033b21. (Br. 143, 8.)

H, 4. p. 1044b8. (Br. 171, 23.) *οὐδ' ὅσα δὴ φύσει μὲν μή, οὐσίᾳ δέ, οὐκ ἔστι τούτοις ὕλη.* Typothetae errore in ed. Bekk. comma post *μή* positum videtur, quod aut plane omittendum erat, ut omissum est apud Sylb. et Brand., aut ponendum post *μέν*. Significantur enim eae affectiones substantiae, veluti defectio lunae, quo exemplo utitur, quae natura quidem fiunt, sed non ipsae sunt substantiae. Vere Alexander p. 775b24. rem explicat *οὐδὲ δὴ τῶν φύσει μέν, μὴ οὐσιῶν δὲ ἀλλὰ παθῶν ἔστιν ὕλη.*

Θ, 3. p. 1047a24, 27. (Br. 179, 2, 5.) Definitionem ejus, quod potentia est, Aristoteles his verbis proponit: *ἔστι δὲ δυνατὸν τοῦτο ᾧ, ἐὰν ὑπάρξῃ ἡ ἐνέργεια οὗ λέγεται ἔχειν τὴν δύναμιν, οὐθὲν ἔσται ἀδύνατον.* Comma, quod est post *ᾧ*, rectius ante pronomen relativum posueris *τοῦτο, ᾧ ἐὰν ὑπάρξῃ.* Proximis verbis definitio exemplo illustratur *λέγω δ' οἷον, εἰ δυνατὸν καθῆσθαι καὶ ἐνδέχεται καθῆσθαι τούτῳ, ἐὰν ὑπάρξῃ τὸ καθῆσθαι, οὐθὲν ἔσται ἀδύνατον.* Quoniam dativus e constanti Aristotelis usu non potest construi ad *δυνατόν* neque ad *ἐνδέχεται*, referendus est ad *ὑπάρξῃ*; itaque scribendum *εἰ δυνατὸν* (sc. *τὶ*) *καθῆσθαι καὶ ἐνδέχεται καθῆσθαι, τούτῳ ἐὰν ὑπάρξῃ κτλ.* Recte distinctum apud Alexandrum p. 779a23. *εἰ γάρ τι δύναται καθίσαι καὶ ἐνδέχεται καθίσαι, τούτῳ εἰ ὑπάρξει κτλ.*, quem secutus est Bessarion. — Etiam proxima enunciatio in ed. Bekk. minus apto loco commate divisa est *ἐλήλυθε δ' ἡ ἐνέργεια τοὔνομα, ἡ πρὸς τὴν ἐντελέχειαν συντιθεμένη καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα, ἐκ τῶν κινήσεων μάλιστα.* Si omnino commate opus esse videatur, ponendum est, ut Brand. posuit, post *συντιθεμένη*; nam *ἐπὶ τὰ ἄλλα* a proximis verbis disjungi non potest. Ceterum haud scio an pro *συντιθε-*

μένη aptius scribatur *συντεθειμένη*, quod est in commentario Alexandri p. 779a37. et in cod. *Fb*.

I, 2. p. 1054a12. (Br. 197, 18.) Ab initio libri decimi Aristoteles de notione unitatis acute et perspicue disputans illud praecipue demonstrat, non esse quidquam, cujus natura in eo cernatur ut unum sit, sed in quovis rerum genere vel esse vel poni aliquid ejusdem generis tamquam unum et mensuram, ex qua reliqua metiamur. Hoc breviter complectitur his verbis *ὅτι μὲν οὖν τὸ ἓν ἐν πανὶ γένει ἐστί τις φύσις, καὶ οὐθενὸς τοῦτό γ' αὐτὸ ἡ φύσις τὸ ἕν, φανερόν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν χρώμασι χρῶμα ἓν ζητηιέον αὐτὸ τὸ ἕν, οὕτω καὶ ἐν οὐσίᾳ οὐσίαν μίαν, αὐτό τε τὸ ἕν.* Perversa distinctione non modo turbatus, sed sublatus est extremorum verborum sensus. Qui reputaverit quam accurate in utroque membro, et quo exemplum colorum et quo ipsa res exponitur, verba verbis respondeant, non dubitabit omisso commate reponere *ὥσπερ ἐν χρώμασι χρῶμα ἓν ζητητέον αὐτὸ τὸ ἕν, οὕτω καὶ ἐν οὐσίᾳ οὐσίαν μίαν αὐτὸ τὸ ἕν.* Particulam *τε*, quamquam recepta semel falsa distinctione facillime irrepere poterat, non e conjectura omisi, sed secutus auctoritatem codicis optimae notae *E* et Bessarionis, qui vertit: *ita in substantia una substantia ipsum unum.* Pro *οὐσίᾳ* dubium est an *οὐσίαις* scribendum sit, ut plane conspiret cum plurali *χρώμασι*, sicuti paullo ante de eadem re pluralis usurpatur *καὶ ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἀνάγκη ὡσαύτως ἔχειν* a8. Bessarion sane singularem habet; e commentatoribus num quid colligi possit nescio, quoniam in Brandisii schol. coll. nihil ad hunc locum enotatum est.

Λ, 5. p. 1071a26. (Br. 245, 13.) *ἔπειτα εἴδη τὰ τῶν οὐσιῶν· ἄλλα δὲ ἄλλων αἴτια καὶ στοιχεῖα, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ τῶν μὴ ἐν ταὐτῷ γένει, χρωμάτων, ψόφων, οὐσιῶν, ποσότητος· πλὴν τῷ ἀνάλογον καὶ τῶν ἐν ταὐτῷ εἴδει ἕτερα, οὐκ εἴδει, ἀλλ' ὅτι τῶν καθ' ἕκαστον ἄλλο, ἥ τε σὴ ὕλη καὶ τὸ κινῆσαν*

καὶ τὸ εἶδος καὶ ἡ ἐμή, τῷ καθόλου δὲ λόγῳ ταὐτά. Distinguit Aristoteles *τὰ μὴ ἐν ταὐτῷ γένει* et *τὰ ἐν ταὐτῷ εἴδει*; in illis caussas et elementa esse alia aliorum et tantum per analogiam eadem, siquidem omnia referuntur ad notiones formae et materiae, actus et potentiae; in his elementa specie et notione esse eadem, singulari autem exsistentia diversa (*τῶν καθ' ἕκαστον ἄλλο κτλ.*). Itaque apparet post *ποσότητος* commate, post *ἀνάλογον* colo distinguendum esse, et comma post *ἄλλο* delendum, quia *ἥ τε σὴ ὕλη κτλ.* subjecti locum habent ad praedicatum *ἄλλο*. Unde haec efficitur enunciati forma *ἄλλα δὲ ἄλλων αἴτια καὶ στοιχεῖα, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ τῶν μὴ ἐν ταὐτῷ γένει, χρωμάτων, ψόφων, οὐσιῶν, ποσότητος, πλὴν τῷ ἀνάλογον· καὶ τῶν ἐν ταὐτῷ εἴδει ἕτερα, οὐκ εἴδει, ἀλλ' ὅτι τῶν καθ' ἕκαστον ἄλλο ἥ τε σὴ ὕλη κ. τ. κ. κ. τ. ε. καὶ ἡ ἐμή, τῷ καθόλου δὲ λόγῳ ταὐτά.* Hanc distinguendi rationem sequitur Bessarion; eandem Alexandrum praecepisse vel ex ea parte interpretationis colligas, quam Brand. exhibuit p. 802a43. — Ad *πλὴν τῷ ἀνάλογον* cf. *Λ*, 4. p. 1070b17; Eth. N. VII, 6. p. 1148b10.

Λ, 9. p. 1075a7. (Br. 255, 27.) Exposita summae mentis natura, quae semper actu sit, numquam potentia, eademque et cogitans et suae ipsa cogitationi subjecta, Aristoteles quaerit, num id quod summa mens cogitat compositum esse possit, *εἰ σύνθετον τὸ νοούμενον.* Quod si sumamus, inde consequens fore, ut ipsa mens in percurrendis et persequendis singulis partibus mutationi obnoxia sit, quod naturae mentis repugnet, *μεταβάλλοι γὰρ ἂν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ὅλου.* Jam propositam quaestionem solvit his verbis *ἢ ἀδιαίρετον πᾶν τὸ μὴ ἔχον ὕλην, ὥσπερ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἢ ὅ γε τῶν συνθέτων ἔχει ἔν τινι χρόνῳ· οὐ γὰρ ἔχει τὸ εὖ ἐν τῳδὶ ἢ ἐν τῳδί, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τινὶ τὸ ἄριστον, ὂν ἄλλο τι. οὕτως δ' ἔχει αὐτὴ αὑτῆς ἡ νόησις τὸν ἅπαντα αἰῶνα.* Quae verba sicuti nunc et conjuncta sunt

et disjuncta, intelligi nullo modo possunt. Quid enim est illud: an dividi in partes nequit, quidquid materiae expers est, quomodo mens humana se habet per aliquod tempus? Nec proxima his ipsis verbis clariora. Apparet vero id colon, quod ab *ὥσπερ* ad *ἄλλο τι* pertinet, ei quod sequitur *οὕτως* — *αἰῶνα* ita esse oppositum, atque adeo verbum fere verbo respondere, ut in unam enunciationem conjungi debeant, qua humanae mentis exemplo illustretur mentis summae natura. Etenim opposita sunt inter se *ὃν ἄλλο τι* et *αὐτὴ αὑτῆς*, *ἔν τινι χρόνῳ* et *τὸν ἅπαντα αἰῶνα*, quocum cf. *Λ*, 7. p. 1072b15. *διαγωγὴ δ' ἐστὶν οἵα ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν· οὕτω γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνό ἐστιν.* b24. *εἰ οὖν οὕτως εὖ ἔχει, ὡς ἡμεῖς ποτέ, ὁ θεὸς ἀεί.* Jam si ab *ὥσπερ* ad *αἰῶνα* una enunciatione omnia contineri statuimus, ante *ὥσπερ* puncto maximo distinguendum est, quo quidem per se consentaneum est eam enunciationem, qua quaestio breviter solvitur, *ἢ ἀδιαίρετον* — *ὕλην*, ab uberiore rei expositione disjungi. Ita ad eandem pervenimus distinguendi rationem, quam et praecepit et interpretando expressit Alexander p. 810a41. Ejus vestigia secutus locum hunc in modum constituendum censeo: *ἢ ἀδιαίρετον πᾶν τὸ μὴ ἔχον ὕλην* [1]). *ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς [ἢ] ὅ γε τῶν συνθέτων ἔχει ἔν τινι χρόνῳ, οὐ γὰρ ἔχει τὸ εὖ ἐν τῳδὶ ἢ ἐν τῳδί, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τινὶ τὸ ἄριστον, ὂν ἄλλο τι· οὕτως δὴ ἔχει αὐτὴ αὑτῆς ἡ νόησις τὸν ἅπαντα αἰῶνα.* Particulam *γάρ* in principio enunciationis explicativae, quae propter similitudinem antecedentis voculae *περ* facile poterat obliterari, ac vel debebat omitti ex quo falsa distinctio in textum recepta erat, non ex mera conjectura adjeci, sed auctore Alexandro, qui eam ita affert in hujus loci interpretatione p. 810b4. *ὥσπερ γάρ, φησίν κτλ.* ut non suopte ingenio addidisse, sed apud Aristotelem legisse videatur. Non eadem Alexandri auctoritate confirmare possum, quod particulam *ἢ* omittendam censui; namque eam jam Alexandrum in textu invenisse inde apparet, quod scribit *ἢ εἴ τις μὴ βούλοιτο λέγειν ὅτι ὁ ἀνθρώπινος νοῦς λεγέτω καθολικώτερον ὅτι ὁ τῶν συνθέτων νοῦς.* p. 810 b 4. Sed qui significetur ex Aristotelis sententia *καθολικώτερον τῶν συνθέτων νοῦς* vix dixeris; praeterea et exempli evidentia minuitur, quum a specie ad genus transitur, et quod est gravissimum oppositionis vis tollitur, quae in eo cernitur, quod humana mens, quamquam ad composita pertinet, tamen in concipiendo eo quod est bonum cum summa mente conspirat. Denique quod *δέ* in *δή* mutavi e constanti et Aristotelis et reliquorum scriptorum usu fecisse mihi videor. Cf. *K*, 3. p. 1061a8. Hartung, Partik. 1, p. 272. Inde haec fere exsistet verborum sententia: Quemadmodum enim humana mens, licet composita cogitans, interdum se habet (neque enim in partibus detenta, sed totum occupans, adsequitur id quod est bonum, atque id diversum a se ipsa): ita vero illa sui ipsius intelligentia per omne aevum habet.

---

1) Punctum posui, non signum interrogationis, secutus adnotationem Trendelenburgii ad Arist. de an. p. 208. Cf. supra p. 16.

M, 6. p. 1080a25. (Br. 270, 11.) Examinaturus doctrinam eorum philosophorum, qui numeros tamquam substantias et rerum principia posuerant, Aristoteles ne quam rei partem praetermittat exponit, quot omnino modis numeri cogitari et tamquam substantiae poni possint. Oportet autem, ait, aut omnes unitates poni consociabiles (*συμβλητάς*), aut omnes inconsociabiles, aut alias consociabiles alias inconsociabiles. Sed qua ratione Aristoteles unitates distingui velit, quod alias consociabiles alias inconsociabiles poni dicit, id obscuratur, si cum Bekkero et reliquis editoribus hunc in modum distinxerimus: *ἢ τὰς μὲν* (sc. *ἀνάγκη*) *συμβλητὰς τὰς δὲ μή, οἷον εἰ ἔστι μετὰ τὸ ἓν πρώτη ἡ δυάς, ἔπειτα ἡ τριὰς καὶ οὕτω δὴ ὁ ἄλλος ἀριθμός. εἰσὶ*

δὲ συμβληταὶ αἱ ἐν ἑκάστῳ ἀριθμῷ μονάδες, οἷον αἱ ἐν τῇ δυάδι τῇ πρώτῃ αὑταῖς καὶ ἐν τῇ τριάδι τῇ πρώτῃ αὑταῖς, καὶ οὕτω δὴ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν· αἱ δ' ἐν τῇ δυάδι αὐτῇ πρὸς τὰς ἐν τῇ τριάδι αὐτῇ ἀσύμβλητοι. Falso et punctum post ὁ ἄλλος ἀριθμός a25 et colon post ἀριθμῶν a28 positum est, siquidem universa enunciatio ita refertur ad particulam εἰ, ut non majore distinctione, quam commate singula membra discerni possint. Hoc enim dicit Aristoteles: aut oportet alias unitates dici consociabiles, alias inconsociabiles, veluti si eas, quae ad eundem numerum pertinent, consociabiles, eas quae in diversis numeris continentur, inconsociabiles esse statuamus.[1]) Brevius idem

1) Universa enunciatio, cujus partem tantum tractavimus, minus apte distincta videtur. Etenim a p. 1080a15 usque ad b4 eandem enunciationem continuari, neque recte puncto maximo dividi posse, inde apparet, quod ejusdem divisionis membra per ἤ — ἤ sibi inter se opponuntur et omnia ab eodem ἀνάγκη per modum infinitivum suspensa sunt. Sed ne quis nimiam hujus enunciati longitudinem horreat, constructio admodum perspicua fiet, multoque magis quam dirimendo in plures enunciationes unquam fieri potest, si in iis, quae interposita sunt, parenthesis signis utamur, quibus quantopere juvari possint Aristotelis lectores Trendelenburgius docuit Rhein. Mus. 1828. IV. p. 464. sqq. et infra exemplis illustrabitur. Itaque hoc modo videtur scribendum esse: ἀνάγκη δ', εἴπερ ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς φύσις τις καὶ μὴ ἄλλη τίς ἐστιν αὐτοῦ ἡ οὐσία ἀλλὰ τοῦτ' αὐτό, ὥσπερ φασί τινες, ἤτοι εἶναι τὸ μὲν πρῶτόν τι αὐτοῦ τὸ δ' ἐχόμενον, ἕτερον ὂν τῷ εἴδει ἕκαστον (καὶ τοῦτο ἢ ἐπὶ τῶν μονάδων εὐθὺς ὑπάρχει καὶ ἔστιν ἀσύμβλητος ὁποιαοῦν μονὰς ὁποιᾳοῦν μονάδι, ἢ εὐθὺς ἐφεξῆς πᾶσαι καὶ συμβληταὶ ὁποιαιοῦν ὁποιαισοῦν, οἷον λέγουσιν εἶναι τὸν μαθηματικὸν ἀριθμόν· ἐν γὰρ τῷ μαθηματικῷ οὐθὲν διαφέρει οὐδεμία μονὰς ἑτέρα ἑτέρας)· ἢ τὰς μὲν συμβλητὰς τὰς δὲ μή (οἷον εἰ ἔστι μετὰ τὸ ἓν πρώτη ἡ δυάς, ἔπειτα ἡ τριὰς καὶ οὕτω δὴ ὁ ἄλλος ἀριθμός, εἰσὶ δὲ συμβληταὶ αἱ ἐν ἑκάστῳ ἀριθμῷ μονάδες — — ἀσύμβλητοι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐφεξῆς ἀριθμῶν· διὸ καὶ ὁ μὲν μαθηματικὸς ἀριθμεῖται μετὰ τὸ ἓν δύο πρὸς τῷ ἔμπροσθεν ἑνὶ ἄλλο ἕν, καὶ τὰ τρία πρὸς τοῖς δυσὶ τούτοις ἄλλο ἕν, καὶ ὁ λοιπὸς δὲ ὡσαύτως, οὗτος δὲ μετὰ τὸ ἓν δύο ἕτερα ἄνευ τοῦ ἑνὸς τοῦ πρώτου, καὶ ἡ τριὰς ἄνευ τῆς δυάδος, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἄλλος ἀριθμός)· ἢ τὸν μὲν εἶναι τῶν ἀριθμῶν οἷος ὁ πρῶτος ἐλέχθη, τὸν δ' οἷον οἱ μαθηματικοὶ λέγουσι, τρίτον δὲ τὸν ῥηθέντα τελευταῖον κτλ.

significat, ubi explorata eorum numerorum natura, quorum unitates plane inconsociabiles sunt, ad eos transit, de quibus nunc egimus, *M*, 7, p. 1081b33. (Br. 274, 22.) εἰ μὲν οὖν διάφοροι αἱ μονάδες ὁποιαιοῦν ὁποιαισοῦν, ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα συμβαίνει ἐξ ἀνάγκης, εἰ δ' αἱ μὲν ἐν ἄλλῳ διάφοροι, αἱ δ' ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ ἀδιάφοροι ἀλλήλαις μόναι, καὶ οὕτως οὐθὲν ἐλάττω συμβαίνει τὰ δυσχερῆ. Apposui hunc locum, quoniam uno in vocabulo corruptela inesse videtur; nam parum apte ad αἱ δ' ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ ἀδιάφοροι adjicitur μόναι. Quum enim antea de iis numeris agatur, quorum unitates omnes inconsociabiles sunt, recte potest opponi id genus numerorum, in quo inconsociabiles solum sint diversorum numerorum unitates, non in quo consociabiles solum ejusdem numeri unitates. Scriptum fuisse existimo μονάδες pro μόναι.

M, 7. p. 1081a30. (Br. 273, 7.) Ad refutandam sententiam eorum, qui omnes omnium numerorum unitates genere diversas et inconsociabiles dixerint, quum alia tum hoc argumentum Aristoteles affert: ἔτι ἐπειδή ἐστι πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ ἕν, ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐστί τι πρῶτον ἕν, δεύτερον δὲ μετ' ἐκεῖνο καὶ πάλιν τρίτον, τὸ δεύτερον μὲν μετὰ τὸ δεύτερον, τρίτον δὲ μετὰ τὸ πρῶτον ἕν, ὥστε πρότεραι ἂν εἶεν αἱ μονάδες ἢ οἱ ἀριθμοὶ ἐξ ὧν πλέκονται, οἷον ἐν τῇ δυάδι τρίτη μονὰς ἔσται πρὶν τὰ τρία εἶναι, καὶ ἐν τῇ τριάδι τετάρτη καὶ ἡ πέμπτη πρὶν τοὺς ἀριθμοὺς τούτους. Quam perversa et prorsus inepta sententia hac enunciati distinctione efficiatur, facillime apparet ex versione Hengstenbergii, qui eam accurate expressit: Ferner da das Ureins das erste und danach irgend ein eins unter den übrigen das erste ist, nach jenem ein zweites und wiederum ein drittes, so ist das zweite nach dem zweiten, das dritte nach dem ersten eins etc. At apodosis ordienda est ab ὥστε, a qua particula saepius apud Aristotelem apodosis

incipitur, quam Trendelenburgius videtur significare ad Arist. de an. p. 531.[1]), et ex ipsa hac apodosi protasis et distinguetur et explicabitur aptius: *ἔτι ἐπειδή ἐστι πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ ἕν, ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐστί τι πρῶτον ἓν δεύτερον δὲ μετ' ἐκεῖνο, καὶ πάλιν τρίτον τὸ δεύτερον μὲν μετὰ τὸ δεύτερον τρίτον δὲ μετὰ τὸ πρῶτον ἕν· ὥστε κτλ.*, i. e. siquidem prima dyadis unitas reliquarum quidem omnium unitatum, excepto *τῷ αὐτοέν*, prima, sed post ipsum *αὐτοέν* secunda est, inde consequens est, ut secunda exsistat unitas antequam is ipse numerus, ex quo quid secundum dicitur, binarius numerus, excusus sit, idemque in reliquis consequetur, ut unitates pro suo ordine tamquam tertia, quarta, quinta cet. significandae sint, antequam exstiterint ipsi ii numeri, ternarius, quaterarius cet., e quibus nominentur. Syrianus quum alias multa nugetur, hunc locum recte interpretatur: *μετὰ τὸ ἓν τὸ ἀρχηγικὸν — ἐὰν τὴν προτέραν μονάδα τῆς δυάδος ἐπινοήσωμεν, ἔσται δυὰς ἔκ τε τοῦ ἑνὸς ἀρχηγικοῦ καὶ τῆς μονάδος ταύτης, πρὶν γένηται δυάς· — — καὶ ἀεὶ ἡ ποσότης τῶν μονάδων προλήψεται τοὺς οἰκείους ἀριθμούς.* (Sch. gr. in Arist. Met. coll. Brand. p. 308, 15).

N, 2. p. 1089a7. (Br. 294, 13.) Quum Plato et Pythagorei propterea maxime non-ens et indefinitam dyadem in principiis et elementis posuisse videantur, ut ne in Parmenideam omnium rerum unitatem reciderent, sed ex ente et non-ente rerum multitudinem producere possent: Aristoteles ipsam hanc unitatem Parmenidis subtilius dijudicandam censet, ac primum quidem id reprehendit, quod Parmenides definire supersederit, quod tandem entium genus unum esse contendat: *καίτοι πρῶτον μέν, εἰ τὸ*

1) Cf. *I*, 4. p. 1055a23, *Z*, 10. p. 1035b18, quo de loco infra agetur, Eth. N. VII, 15. p. 1154a25 et Zell ad h. l. p. 324, Phys. III, 4. p. 203a32; comparari etiam potest Xen. Hell. VII, 5, 18.

ὄν, πολλαχῶς· τὸ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαν σημαίνει, τὸ δ' ὅτι ποιόν, τὸ δ' ὅτι ποσόν, καὶ τὰς ἄλλας δὴ κατηγορίας. ποῖον οὖν τὰ ὄντα πάντα ἕν, εἰ μὴ τὸ μὴ ὂν ἔσται; πότερον αἱ οὐσίαι ἢ τὰ πάθη; καὶ τὰ ἄλλα δὴ ὁμοίως ἅπαντα· καὶ ἔσται ἓν τὸ τόδε καὶ τὸ τοιόνδε καὶ τὸ τοσόνδε καὶ τἆλλα ὅσα ἕν τι σημαίνει. Initio hujus enunciationis non facile erit explicare, cur hypothetice Aristoteles dixerit *εἰ τὸ ὂν* ***si ens est*** vel ***si quid est ens***, vel quocunque modo ea verba interpretari libet. Ac profecto non ita scripsit, certe non ita distingui voluit Aristoteles, sed *εἰ τὸ ὂν πολλαχῶς* conjungenda sunt, ***si quidem ens multiplici modo dicitur***; hanc notionis varietatem eodem nomine comprehensam deinde per parenthesin exponit; nam parenthesi includenda sunt verba *τὸ μὲν γὰρ — κατηγορίαν*; tum a *ποῖον οὖν* incipitur apodosis, adjecta ea particula, qua saepissime interrupta per parenthesin oratione superiora in memoriam revocantur, cf. infra ad *A*, 3. p. 983a24 et Hartung Partik. II. p. 22. Sed in ipsa hac apodosi inest, quod sanum esse non potest. Quod enim scribitur *ποῖον οὖν τὰ ὄντα πάντα ἕν*, non potest *ποῖον* alio quam ad praedicatum referri. Quaereret igitur Aristoteles, quali unitate omnia entia Parmenides comprehensa censeat. At non hoc Parmenidi objicit Aristoteles, quod naturam illius unitatis non satis definierit, sed quod non distinxerit, quae entia vel quod entium genus unitate contineatur. *πότερον*, ait, *αἱ οὐσίαι ἢ τὰ πάθη*, quae sunt diversa *τοῦ ὄντος* genera. Ac deinde *ἐκ ποίου οὖν ὄντος καὶ μὴ ὄντος πολλὰ τὰ ὄντα.* Itaque quum e ratiocinandi nexu ipsisque e verbis Aristotelis appareat, *ποῖον* referri debere ad subjectum enunciati *τὰ ὄντα*, non dubito quin reponendum sit *ποῖα.* Alexander quid in textu habuerit, e scholiis non satis potest perspici; illud tamen apparet, eum pronomen interrogativum rettulisse ad subjectum, quod salvis legibus grammaticis non potuit, si *ποῖον* legebat. *ποῖον τούτων*, scribit, *ὁ Παρ-*

μενίδης λέγει ὂν ἓν εἶναι, εἰ μὴ θήσομεν εἶναι καὶ τὸ μὴ ὄν, κτλ. p. 825a47. Denique sub finem enunciati quod attulimus levis error editores videtur latuisse in verbis *ἕν τι*, quae mutanda sunt in *ὄν τι*. Namque *τὸ ὄν*, ut saepius hoc loco Aristoteles monet, dicitur *πολλαχῶς*, ipsisque categoriis, quae verbis *καὶ τἆλλα — σημαίνει* significatae sunt, diversi illi modi comprehenduntur, quibus *τὸ ὄν* dicitur. Cf. *Δ*, 28. p. 1024b13; *Z*, 4. p. 1030b11; *Θ*, 1. p. 1045b32. — Universus igitur locus sic videtur et distinguendus et restituendus esse: *καίτοι πρῶτον μέν, εἰ τὸ ὂν πολλαχῶς (τὸ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαν σημαίνει, τὸ δ' ὅτι ποιόν, τὸ δ' ὅτι ποσόν, καὶ τὰς ἄλλας δὴ κατηγορίας), ποῖα οὖν τὰ ὄντα πάντα ἕν, εἰ μὴ τὸ μὴ ὂν ἔσται; πότερον αἱ οὐσίαι ἢ τὰ πάθη; καὶ τὰ ἄλλα δὴ ὁμοίως ἅπαντα· καὶ ἔσται ἓν τὸ τόδε καὶ τὸ τοιόνδε καὶ τὸ τοσόνδε καὶ τἆλλα ὅσα ὄν τι σημαίνει.*

N, 3. p. 1090b32. (Br. 299, 17.) *οἱ δὲ πρῶτοι δύο τοὺς ἀριθμοὺς ποιήσαντες, τόν τε τῶν εἰδῶν καὶ τὸν μαθηματικόν, ἄλλον οὐδαμῶς οὔτ' εἰρήκασιν οὔτ' ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν πῶς καὶ ἐκ τίνος ἔσται ὁ μαθηματικός.* Locum aperte corruptum Trendelenburgius de ideis etc. p. 72. emendare tentaverat omisso pronomine *ἄλλον*; praeclare eum restituit, nullo vocabulo mutato Zellerus platon. Stud. p. 239. transposito commate post *ἄλλον — καὶ τὸν μαθηματικὸν ἄλλον*, i. e. et mathematicum numerum diversum ab ideali.

N, 5. p. 1092b7. (Br. 304, 2.) Sub finem ejus disputationis, quam de Pythagorica et Platonica numerorum doctrina instituit, summam eorum, quae illi philosophi peccaverint, complectitur; neque enim quomodo numeros e principiis fieri, nec quomodo ipsos numeros rerum sensibilium caussas esse censerent, perspicue et distincte eos explicuisse. *οὐθὲν δὲ διώρισται οὐδὲ ὁποτέρως οἱ ἀριθμοὶ αἴτιοι τῶν οὐσιῶν καὶ τοῦ εἶναι, πότερον ὡς ὅροι, οἷον αἱ*

στιγμαὶ τῶν μεγεθῶν [1]), *καὶ ὡς Εὔρυτος ἔταττε τίς ἀριθμὸς τίνος, οἷον ὁδὶ μὲν ἀνθρώπου, ὁδὶ δὲ ἵππου, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀριθμοὺς ἄγοντες εἰς τὰ σχήματα τρίγωνον καὶ τετράγωνον, οὕτως ἀφομοιῶν ταῖς ψήφοις τὰς μορφὰς τῶν φυτῶν. ἢ ὅτι ὁ λόγος ἡ συμφωνία ἀριθμῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον;* Universus hic locus ita cohaeret, ut nequeat puncto maximo dirimi; est enim interrogatio bipartita, *ὁποτέρως ἔχει*, cujus utrumque membrum, et quod a *πότερον* et quod ab *ἤ* orditur, eadem enunciatione concludendum est. Sed praeterea gravior corruptela in extremis verbis inesse videtur. Etenim quid sit illud *ἢ ὅτι ὁ λόγος ἡ συμφωνία ἀριθμῶν, ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπος κτλ.*, equidem intelligere nequeo. Hengstenbergius quod vertit, *oder weil den Zahlen der Verhältnissbegriff und die Symphonie und ebenso der Mensch und jedes andere angehören*, nec verba satis accurate expressit, siquidem *συμφωνία* sine articulo dictum est, et *λόγος* per se vix significare poterit Verhältnifsbegriff, nec sensum aptum inde effecit; quis enim uno eodemque ordine recenseat sonorum concentum, hominem cum ratione sive proportione, qua illorum elementa definita sint. Quid dictum esse oporteat in iis, de quibus agitur, verbis, satis apparet ex exemplis deinde allatis. Etenim mathematicae philosophiae auctores propterea

1) *μεγεθῶν* dubito num sanum sit. Significat enim *μέγεθος* apud Aristotelem universe magnitudinem continuam, extensam in spatio, cujus genera sunt linea, planum, solidum; cf. *Δ*, 13, p. 1020a11. *μέγεθος δὲ τὸ εἰς συνεχῆ* (sc. *διαιρετόν*). *μεγέθους δὲ τὸ μὲν ἐφ' ἓν συνεχὲς μῆκος, τὸ δ' ἐπὶ δύο πλάτος, τὸ δ' ἐπὶ τρία βάθος.* Puncta vero non tam *μεγέθους* universe, quam lineae fines dicantur cf. *N*. 3. p. 1090b5. *εἶναι ἔσχατα τὴν στιγμὴν μὲν γραμμῆς, ταύτην δὲ ἐπιπέδου κτλ.* Quum praeterea Alexander in interpretatione pro *μεγεθῶν* lineas posuerit *μή ποτε οὖν, ὥσπερ αἱ στιγμαὶ ὅροι τῶν γραμμῶν κτλ.* p. 829a9, suspicor pro *μεγεθῶν* scriptum fuisse *μηκῶν*, quod eadem significatione ac *γραμμή* ab Aristotele usurpari apparet coll. *Δ*, 13. l. l. et praecipue *M*. 9. p. 1085a8, 10.

Aristoteli videntur in numeris principia rerum omnium posuisse, quod rerum elementa apertius tectius ex numerorum quadam ratione inter se conjuncta et definita sunt, ac cernitur in iis, ut paullo infra Aristoteles dicit, *λόγος μίξεως ἀριθμῶν σωματικῶν ἢ ὁποιωνοῦν*. Tamquam luculentissimum autem exemplum, ex quo Pythagorei etiam ad reliquas res illud imperium numerorum et proportionis transtulerint, solenne fere est Aristoteli sonorum concentum *συμφωνίαν, ἁρμονίαν* afferre. Cf. *N*. 3. p. 1090a24. *ὅτι τὰ πάθη τὰ τῶν ἀριθμῶν ἐν ἁρμονίᾳ ὑπάρχει καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν πολλοῖς ἄλλοις*. *A*, 5. p. 985b31. Haec diligenter considerantibus non vereor ne nimis audax esse videar, quod ita scribendum censeo *ἢ ὅτι λόγος ἀριθμῶν ἡ συμφωνία, ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπος κτλ.* (Articulum *ἡ* pro *ἢ* habet Alex. p. 829a45; ipsa ejus interpretatio parum accurata est.) Quodsi cui dubia videatur haec conjectura, fidem accipiet e loco primi libri, quo eadem res eodem modo tractatur; ibi enim legimus prope iisdem verbis *A*, 9. p. 991b13. (Br. 31, 4.) *εἰ δ'* (sc. *αἴτιοί εἰσιν οἱ ἀριθμοί*) *ὅτι λόγοι ἀριθμῶν τἀνταῦθα, οἷον ἡ συμφωνία, δῆλον ὅτι ἔστιν ἕν γέ τι ὧν εἰσὶ λόγοι*. Eosdem certe habemus *λόγους ἀριθμῶν*, et *συμφωνίαν* item tamquam exemplum positum singularium rerum sensibus subjectarum, *τἀνταῦθα*. — Sed hunc ipsum locum primi libri transmittere non possum, quin leve mendum abstergere tentem. Proxima enim verba in editionibus hunc in modum scripta sunt: *εἰ δή τι τοῦτο, ἡ ὕλη, φανερὸν ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀριθμοὶ λόγοι τινὲς ἔσονται ἑτέρου πρὸς ἕτερον. λέγω δ' οἷον, εἰ ἔστιν ὁ Καλλίας λόγος ἐν ἀριθμοῖς πυρὸς καὶ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος, ἄλλων τινῶν ὑποκειμένων ἔσται, καὶ ἡ ἰδέα ἀριθμός. καὶ αὐτοάνθρωπος, εἴτ' ἀριθμός τις ὢν εἴτε μή, ὅμως ἔσται λόγος ἐν ἀριθμοῖς τινῶν, καὶ οὐκ ἀριθμός, οὐδ' ἔσται τις διὰ ταῦτα ἀριθμός*. Aristotelem ita ratiocinari apparet: siquidem res sensibiles, quatenus nume-

rorum ratione definitae sunt, subjectam quandam habent materiam, quae ex illa ratione distributa conjuncta determinata sit, inde consequitur, ideas etiam, quarum ad exemplum res sensibiles formatas esse volunt, non absolute et per se numeros esse, sed referri ad aliquid, cujus rationem numero definiant, *ἔσται ὁ αὐτοάνθρωπος λόγος ἐν ἀριθμοῖς τινῶν*. Sed hic ratiocinandi nexus prorsus interrumpitur, quum *ἄλλων τινῶν ὑποκειμένων ἔσται* commate dirimatur a *καὶ ἡ ἰδέα ἀριθμός*. Ex hac enim distinctione subjectum ad *ἔσται* repetendum est e superioribus *ὁ Καλλίας*, atque plane idem in apodosi philosophus concludit, quod in protasi posuit: ***si homo singularis est proportio numeris finita ignis terrae aquae aëris, consequitur ut sit proportio subjectae cujusdam materiae.*** Immo superioribus verbis *φανερὸν ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀριθμοὶ* satis aperte significavit, se a rebus sensibilibus transire velle ad ideas. Itaque commate deleto scribas *ἄλλων τινῶν ὑποκειμένων ἔσται καὶ ἡ ἰδέα ἀριθμός* i. e. inde efficitur ut etiam idea numerus sit non absolute, sed numerus relatus ad aliud quid ei subjectum[1]) — Sed redeamus ad eum locum libri quarti decimi, unde exorsa est nostra disputatio. Ibi igitur ad refellendos auctores doctrinae numerorum pariter atque illic in primo libro rerum singularium naturam non simpliciter numeris, sed certorum quorundam elementorum numeris eorumque ratione definiri demonstrat. *ὅτι δὲ οὐχ οἱ ἀριθμοὶ οὐσίαι οὐδὲ τῆς*

1) In extremis allati loci verbis vix puto ferri posse *καὶ οὐκ ἀριθμός* nude ac simpliciter positum. Ita enim diceret Aristoteles idea hominis, sive est numerus sive non est numerus, non est numerus. Ex universa ratiocinatione conjicias adjiciendum *ἁπλῶς, καὶ οὐκ ἀριθμὸς ἁπλῶς*. Quae conjectura eo confirmari videtur, quod Alexander in commentario, ubi nos nihil nisi *ἀριθμός* in textu legimus, modo scribit *αὐτοάριθμος* p. 577b5, modo *ἀριθμὸς ἁπλῶς* p. 577a37, b7, ut suspiceris eum *ἀριθμὸς ἁπλῶς* in textu Aristotelis reperisse.

μορφῆς αἴτιοι, δῆλον· ὁ γὰρ λόγος ἡ οὐσία, ὁ δ' ἀριθμὸς ὕλη. Jam exemplo rem illustrat *N*, 5. p. 1092b18. (Br. 304, 14.) *οἷον σαρκὸς ἢ ὀστοῦ ἀριθμὸς ἡ οὐσία, οὕτω τρία πυρός, γῆς δὲ δύο.* Itane sibi ipse repugnet Aristoteles, ut quum dixerit numerum non esse substantiam, sed pertinere ad quandam materiam, proximis verbis subjiciat *ἀριθμὸς ἡ οὐσία?* At distinguendum aliter *οἷον σαρκὸς ἢ ὀστοῦ ἀριθμὸς ἡ οὐσία οὕτω· τρία πυρός, γῆς δὲ δύο* i. e. veluti carnis vel ossis natura numero contineri ita tantum dici potest, quod elementorum ratio numero definita est, ut tres sint ignis, duae terrae partes. Ita distinguendum esse verissime praecepit Alexander p. 829b18. *χρὴ στίζειν τελείαν εἰς τὸ οὕτως, εἶτα ἐπάγειν τρία πυρός, γῆς δύο* [1]).

Peculiare est Aristotelis scribendi generi, ut saepissime ratiocinandi nexui cola interponat, quibus vel singula quaedam vocabula explicentur, vel argumenta ipsa altius repetantur et comprobentur. Itaque vix alia distinctione adeo saepe intelligentia librorum Aristotelis adjuvetur, quam apte et suo loco adhibitis parenthesis signis, quibus legentes moneantur, quae interposita, *διὰ μέσου εἰρημένα*, et ab universae enunciationis nexu sejungenda

---

1) Leviora aliquot distinguendi menda, quae etiam in Bekkeriana editione resident, breviter significasse sufficiet. I, 6. p. 1056b12. (Br. 204, 13.) *εἰ μή τι ἄρα διαφέρει ἐν συνεχεῖ εὐορίστῳ τὸ ὀλίγον, πλῆθός τι ἔσται.* Commate distinguendum videtur ante *τὸ ὀλίγον*, ut *τὸ ὀλίγον* subjecti locum obtineat ad *πλῆθος ἔσται*, et *διαφέρει* absolute dictum sit. — I, 7. p. 1057b6. (Br. 207, 2.) — *αἱ διαφοραὶ πρότεραι ἔσονται αἱ ποιήσασαι τὰ ἐναντία, εἴδη ὡς γένους.* Delendum esse comma ante *εἴδη* e ratiocinandi nexu facile apparet. Recte distinctum est in versione Bessarionis. De dictione *εἴδη ὡς γένους* infra ad *A*, 9. p. 991a27. agetur. — *Λ*, 8. p. 1073a32. (Br. 251, 1.) Quum longior antecedat parenthesis, apodosis, quae ab *ἀνάγκη* orditur, aptius colo quam commate a protasi distinguetur. — *N*, 6. 1093a7. (Br. 305, 12.) *τί οὖν κωλύει, ἐνίους μὲν τούτων τετραγώνους εἶναι, ἐνίους δὲ κύβους καὶ ἴσους τοὺς δὲ ἀνίσους.* Ante *καὶ ἴσους* comma ponendum, nam opponuntur *τετράγωνοι κύβοις, ἴσοι ἀνίσοις.*

sint. Saepe quidem liberum est arbitrium, utrum ejusmodi cola parenthesis signis a reliquis secludas, an commatis vel colis distinguas; est tamen ubi necessario parenthesis signa adhibenda videantur, ne sententia scriptoris obscuretur. Veluti *B*, 2. p. 997a7. (Br. 45, 9.), quo loco quaeritur, utrum summa omnium doctrinarum principia ipsa comprobari possint necne: *εἰ δὲ ἀποδεικτικὴ αὐτῶν* (sc. principiorum) *ἐστί, δεήσει τι γένος εἶναι ὑποκείμενον, καὶ τὰ μὲν πάθη τὰ δὲ ἀξιώματ' αὐτῶν (περὶ πάντων γὰρ ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι)· ἀνάγκη γὰρ ἔκ τινων εἶναι καὶ περί τι καὶ τινῶν τὴν ἀπόδειξιν.* Hoc loco nisi verba *περὶ πάντων — εἶναι* a reliquis secluseris, posterius membrum a particula *γάρ* incipiens prioris rationem afferre videatur. At non est ita; sed verba *περὶ πάντων γὰρ ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι* unice ad *ἀξιώματα* pertinent, ponenda esse axiomata, quia demonstratio in infinitum recedere non possit. Proxima autem verba *ἀνάγκη γὰρ ἔκ τινων κτλ.* ad universum membrum superius *δεήσει — αὐτῶν* ita referuntur, ut *ἔκ τινων* significet *ἀξιώματα, περί τι — γένος, τὶ — πάθη;* quod manifestum est conferenti p. 997a17. et praecipue Analyt. post. I. 10. Itaque verissime monuit Alexander p. 612b18. *τὸ δὲ ἑξῆς τὸ „ἀνάγκη — ἀπόδειξιν“ συνάπτει τῷ „δεήσει — αὐτῶν,“ διὰ μέσου δὲ εἴρηται διὰ τὰ ἀξιώματα τὸ „περὶ — εἶναι“.* — Apertior etiam res est septimi libri loco *Z*, 6. p. 1031b4. (Br. 137, 11.) *καὶ εἰ μὲν ἀπολελυμέναι ἀλλήλων* (sc. notio substantialis sive *τὸ τί ἦν εἶναι* rei et ipsa res), *τῶν μὲν οὐκ ἔσται ἐπιστήμη, τὰ δ' οὐκ ἔσται ὄντα (λέγω δὲ τὸ ἀπολελύσθαι εἰ μήτε τῷ ἀγαθῷ αὐτῷ ὑπάρχει τὸ εἶναι ἀγαθῷ, μήτε τούτῳ τὸ εἶναι ἀγαθόν)· ἐπιστήμη γὰρ ἑκάστου ἐστὶν ὅταν τὸ τί ἦν εἶναι ἐκείνῳ γνῶμεν.* Sejungenda a reliquis esse per parenthesin verba *λέγω δὲ — ἀγαθὸν* inde apparet, quod uni vocabulo *ἀπολελυμέναι* explicando inserviunt; proximo demum membro ratiocinandi series ita continuatur, ut *ἐπιστήμη γὰρ κτλ.* referen-

dum sit ad *οὐκ ἔσται ἐπιστήμη*. Ceterum conferri potest parenthesis ab iisdem verbis *λέγω δέ* incipiens Eth. Eudem. I, 4. p. 1215a29. — Magis autem alio ejusdem libri loco sententia scriptoris eo obscuratur, quod editores parenthesis signa adjicere omiserunt. Etenim *Z*, 10. p. 1035b16. (Br. 148, 9.) Aristoteles ubi exposuit, quae sint omnino materiae et quae notionis partes, exemplo a corpore et anima hominis repetito rem sic illustrat: *ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν ζῴων ψυχή (τοῦτο γὰρ οὐσία τοῦ ἐμψύχου) ἡ κατὰ τὸν λόγον οὐσία καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ τοιῷδε σώματι· ἕκαστον γοῦν τὸ μέρος ἐὰν ὁρίζηται καλῶς, οὐκ ἄνευ τοῦ ἔργου ὁριεῖται, ὃ οὐχ ὑπάρξει ἄνευ αἰσθήσεως· ὥστε τὰ ταύτης μέρη πρότερα, ἢ πάντα ἢ ἔνια, τοῦ συνόλου ζῴου, καὶ καθ' ἕκαστον δὴ ὁμοίως.* Hac ratione si enunciatum distinxeris, quam Bekkerus secutus est, ab *ἕκαστον γοῦν* apodosis ordiri videbitur; at haec verba *ἕκαστον γοῦν — αἰσθήσεως* non id continent, quod ex protasi consequatur, sed ad comprobandam ipsam protasin pertinent. Nimirum animam substantiam esse et notionem substantialem animalium inde cognoscitur, quod nec pars ulla animalium definiri recte potest, nisi sensum, qui sine anima cogitari nequeat, adhibueris. Itaque *ἕκαστον — αἰσθήσεως* parenthesis signis includendum et apodosis incipienda est ab *ὥστε*, quam particulam in apodosi, relatam ad *ἐπεί*, saepius ab Aristotele usurpari supra docuimus p. 24. Quam praecipimus distinctionem, eam et Bessarion habet, et Alexander significat, quod dicit p. 756b37. *εἰπὼν δ' ὅτι ἡ ψυχὴ τὸ εἶδός ἐστι τῶν ζῴων, κατασκευάζει τοῦτο ἐκ τῶν μερῶν τῶν ζῴων, λέγων ἕκαστον γοῦν — ὁριεῖται, τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ ἄνευ αἰσθήσεως τῆς ψυχῆς οὐχ ὑπάρξει αὐτῷ. — ἐπειδὴ οὖν, ὡς εἴρηται, ἡ τῶν ζῴων ψυχὴ τὸ εἶδός ἐστιν αὐτῶν, τὰ ταύτης μέρη — πρότερα τοῦ συνόλου ἐστὶ ζῴου.*

Jam vero ubi vel eadem parenthesis longius extenditur, vel plures eidem enunciato parentheses interponuntur, ea interdum exsistit universae periodi amplitudo, ut vix mireris ab editoribus in plures enunciationes discissa esse, quae una enunciatione contineri debeant. Luculentum ejus rei exemplum est sub finem libri sexti, *E*, 4. p. 1027b20. (Br. 127, 7.), quem locum non dubitaverim hunc in modum distinguere: *περὶ μὲν οὖν τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντος ἀφείσθω· διώρισται γὰρ ἱκανῶς. τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος ἐπειδὴ περὶ σύνθεσίν ἐστι καὶ διαίρεσιν, τὸ δὲ σύνολον περὶ μερισμὸν ἀντιφάσεως (τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς τὴν κατάφασιν ἐπὶ τῷ συγκειμένῳ ἔχει, τὴν δ' ἀπόφασιν ἐπὶ τῷ διῃρημένῳ, τὸ δὲ ψεῦδος τούτου τοῦ μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν· — πῶς δὲ τὸ ἅμα καὶ χωρὶς νοεῖν συμβαίνει ἄλλος λόγος· λέγω δὲ τὸ ἅμα καὶ τὸ χωρὶς ὥστε μὴ τὸ ἐφεξῆς ἀλλ' ἕν τι γίγνεσθαι — οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, οἷον τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀληθές, τὸ δὲ κακὸν εὐθὺς ψεῦδος, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ· περὶ δὲ τὰ ἁπλᾶ καὶ τὰ τί ἐστιν οὐδ' ἐν τῇ διανοίᾳ)· ὅσα μὲν οὖν δεῖ θεωρῆσαι περὶ τὸ οὕτως ὂν καὶ μὴ ὂν ὕστερον ἐπισκεπτέον.* Bekkerus quod primum post *ἀντιφάσεως*, deinde post *ἀντίφασιν*, tum post *ἄλλος λόγος*, denique ante *ὅσα μέν* puncto maximo distinguit, omnem, quod equidem videam, constructionem tollit. Non magnopere sane probaverim longiorem parenthesin, quae et ipsa alteram contineat parenthesin *πῶς δὲ — γίγνεσθαι*, nec venustam dixerim hanc scribendi formam, at certe, si ita distinxerimus, et grammatica construendi ratio et sententiarum ordo servatur, neque ab Aristotelis scribendi usu recedimus [1]). Probe id perspexit

1) Verissime Zellius ad Arist. Eth. Nicom. I, 7. 14. adnotat: *In oratione Aristotelis sensuum densissima enunciationes plerumque solito sunt aut breviores, cum, quae alii scriptores verborum ambitu efferunt, ille strictim transigat, aut longiores, cum idem nonnumquam complectatur, quae alii in plures enunciationes extensa dilatant.* Et longiorum quidem enunciationum aliquot exempla affert.

scholiorum auctor, quod monuit *εἴη ἂν αὐτοῦ ἀπόδοσις ἐν τῷ „ὅσα μὲν οὖν.“* p. 739a21.

Ejusmodi enunciatis, quale nunc proposuimus, adductus videtur **Krischius**, diligens et acutus Aristotelis investigator, ut quasi peculiare quoddam genus enunciationum ab *ἐπεί* incipientium esse statuat, quae apodosi careant. Sed nec quae ex aliis Aristotelis libris affert exempla idonea sunt ad eam sententiam comprobandam [1]), nec de eo metaphysicorum loco, quem eodem traxit, ejus judicio assentiar. Namque *Α*, 3. p. 983a24. sqq. (Br. 9, 17.) ubi ad protasin a particula *ἐπεί* orsam nullam apodosin referri censet, vix dubium quin a *τεθεώρηται μὲν οὖν* apodosis incipienda sit hunc in modum: *ἐπεὶ δὲ φανερὸν ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην (τότε γὰρ εἰδέναι φαμὲν ἕκαστον, ὅταν τὴν πρώτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν), τὰ δ᾽ αἴτια λέγεται τετραχῶς, ὧν μίαν μὲν αἰτίαν φαμὲν εἶναι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (ἀνάγεται γὰρ τὸ διὰ τί εἰς λόγον ἔσχατον, αἴτιον δὲ καὶ ἀρχὴ τὸ διὰ τί πρῶτον), ἑτέραν δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκείμενον, τρίτην δὲ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τετάρτην δὲ τὴν ἀντικειμένην αἰτίαν ταύτῃ, τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τἀγαθόν (τέλος γὰρ γενέσεως καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ᾽ ἔστιν)· τεθεώρηται μὲν οὖν ἱκανῶς περὶ αὐτῶν ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ὅμως δὲ παραλάβωμεν καὶ τοὺς πρότερον ἡμῶν — φιλοσοφήσαντας.* Sylburgius haec omnia in unam

1) Gött. gel. Anz. 1834. p. 1889. *So wie die Verbindung jetzt eingeleitet wird, würde ihr die de anim. III, 3, 1. analog gebildet, d. h. ἐπεὶ ohne Apodosis sein; eine Verknüpfung, die sonst auch bei Aristoteles Beachtung verdient, wie Eth. Nic. VI. 8, 6. und Met. I. 3. zu Anfange.* — Sed altero loco, de anim. III, 3, 1. apodosin habemus, modo eam construendi rationem sequamur, quam veteres interpretes praeceperunt, ut usque ad III, 3, 3. eandem enunciationem continuandam et ab *ὅτι μὲν οὖν* apodosin incipiendam statuamus. Altero vero loco Eth. Nic. p. 1142a16. post *ἐπεί* apodosis omnino exspectari non potest, quia colon ab *ἐπεί* ordiens ei enunciationi postpositum est, cujus rationem affert; quare *ἐπεί* verti potest n a m, e n i m.

enunciationem conjunxit, Bekkerus vero quod ante *τεθεώρηται* plene distinxit, effecit ut protasin habeamus sine apodosi. Sed universa hujus enunciationis conformatio adeo similis est superiori, ut altera alteram illustrare et confirmare videatur. Et initio apodosis eandem habemus particulam *οὖν*, quae post longiorem protasin resumendo quasi filo orationis apta est et ab Aristotele saepe hoc modo usurpatur. Cf. Simpl. ad Arist. de anima. f. 56b. *ἐν δὲ τῇ λέξει πρὸς τὸν ἐπεί σύνδεσμον διὰ μακροῦ ἀποδέδωκεν ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ φρονεῖν φανερὸν εἶναι γράφων, διὰ τὴν διὰ μακροῦ ἀπόδοσιν τὸν οὖν προσθεὶς σύνδεσμον.* Satis multi exstant loci apud Aristotelem, in quibus etiamnunc ab editoribus in plures enunciationes disjuncta videas, quae in unam conjungenda sint et ita quidem, ut particula *οὖν* initio apodosis posita sit; veluti Eth. Nic. VII, 6. p. 1147b23—1148a2; p. 1148a22—b4; IX, 9. p. 1170a25—b8; X, 10. p. 1180a14—24. Hos locos, quorum numerum facile augere possumus, significasse sufficiat; de duobus autem e libris metaphysicis, qui ad eandem enunciationum formam pertinent, paucis agendum.

Θ, 10. p. 1051b9. (Br. 190, 18.) Aristoleles quaerit *πότ᾽ ἐστὶν ἢ οὐκ ἔστι τὸ ἀληθὲς λεγόμενον ἢ ψεῦδος*, et ad eam quaestionem his respondet: *εἰ δὴ τὰ μὲν ἀεὶ σύγκειται καὶ ἀδύνατα διαιρεθῆναι, τὰ δ᾽ ἀεὶ διῄρηται καὶ ἀδύνατα συντεθῆναι, τὰ δ᾽ ἐνδέχεται τἀναντία· τὸ μὲν εἶναί ἐστι τὸ συγκεῖσθαι καὶ ἓν εἶναι, τὸ δὲ μὴ εἶναι τὸ μὴ συγκεῖσθαι ἀλλὰ πλείω εἶναι.* Quum in ultimis verbis plene distinctum sit, apodosis incipienda erit a *τὸ μὲν εἶναι κτλ.*, quod propter sententiarum nexum fieri prorsus nequit. Namque haec verba *τὸ μὲν εἶναι κτλ.* ad partitionem rerum in protasi proposita, ex qua quaestionem solvere instituit, omnino non respiciunt, sed nihil aliud quam ea lectori in memoriam revocant, quae paullo ante, ejusdem capitis initio,

exposita sunt. Itaque amplius continuanda est enunciatio et apodosis incipienda a verbis proximis *περὶ μὲν οὖν τὰ ἐνδεχόμενα ἡ αὐτὴ γίγνεται ψευδὴς καὶ ἀληθὴς δόξα καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός, καὶ ἐνδέχεται ὁτὲ μὲν ἀληθεύειν ὁτὲ δὲ ψεύδεσθαι· περὶ δὲ τὰ ἀδύνατα ἄλλως ἔχειν οὐ γίγνεται ὁτὲ μὲν ἀληθὲς ὁτὲ δὲ ψεῦδος*, et ante *τὸ μὲν εἶναι κτλ.* adjicienda est, ut constructio constare possit, particula *καί*. Quam instituimus construendi rationem, eandem Bessarion secutus est, quod verba *τὸ μὲν εἶναι — πλείω εἶναι* parenthesi inclusit et apodosin deinde incepit a *περὶ μὲν οὖν*; eandem commendare potest scholiorum Alex. auctoritas p. 785a47. *ἔστι δὲ τὸ μὲν εἶναι καὶ τὸ ἀληθές, ἵνα πάλιν τοῦτο ὑπομνησθῶμεν, τὸ συγκεῖσθαι τὸ κατηγορούμενον τῷ ὑποκειμένῳ καὶ ἓν εἶναι, — —. εἰ δή, ὥσπερ εἴρηται, τὰ μὲν ἀεὶ σύγκειται τὰ δὲ ἀεὶ διῄρηται τὰ δ' ἐνδέχεται τἀναντία, περὶ μὲν τὰ ἐνδεχόμενα τἀναντία ἡ αὐτὴ γίνεται ψευδὴς καὶ ἀληθὴς δόξα.*

Difficilior alter est locus, de cujus distinctione nos disputaturos diximus, *B*, 6. p. 1002b14. (Br. 59, 15.). Quae sit ratio Aristoteles quaerit, cur praeter res sensibiles et mathematicas aliae quaedam esse statuantur, veluti ideae, et de ea re pro illius libri consilio in utramque partem disputat. Proxima verba, quibus Aristoteles ponendarum idearum rationem persequitur, statim ita scripta et distincta subjiciam, uti ea scribenda et distinguenda arbitror: *εἰ γὰρ διὰ τοῦτο* (sc. praeter res sensibiles et res mathematicas alias substantias esse statuunt) *ὅτι τὰ μὲν μαθηματικὰ τῶν δεῦρο ἄλλῳ μέν τινι διαφέρει, τῷ δὲ πόλλ' ἄττα ὁμοειδῆ εἶναι οὐθὲν διαφέρει, ὥστ' οὐκ ἔσονται αὐτῶν αἱ ἀρχαὶ ἀριθμῷ ἀφωρισμέναι, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἐνταῦθα γραμμάτων ἀριθμῷ μὲν πάντων οὐκ εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ ὡρισμέναι, εἴδει δέ (ἐὰν μὴ λαμβάνῃ τις τησδὶ τῆς συλλαβῆς ἢ τησδὶ τῆς φωνῆς· τούτων δ' ἔσονται καὶ ἀριθμῷ ὡρισμέναι), ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μεταξύ (ἄπειρα γὰρ κἀκεῖ τὰ ὁμοειδῆ)·*

ὥστ' εἰ μή ἐστι παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ ἕτερ' ἄττα, οἷα λέγουσι τὰ εἴδη τινές, οὐκ ἔσται μία ἀριθμῷ ἀλλ' [1]) *εἴδει οὐσία, οὐδ' αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄντων ἀριθμῷ ἔσονται ποσαί τινες ἀλλὰ εἴδει· εἰ οὖν τοῦτο ἀναγκαῖον, καὶ τὰ εἴδη ἀναγκαῖον διὰ τοῦτο εἶναι τιθέναι.* Hoc dicit Aristoteles. Quaeritur qua ratione adducti ideas esse statuant. Quodsi hac ratione ducuntur, quod nisi praeter res sensibiles et mathematicas ideae statuantur, rerum principia non numero sed specie tantum finita sint futura — siquidem res mathematicae alioquin a sensibilibus diversae eo tamen cum iis concinunt, quod principia specie, non numero definita habent —, apparet, si hae rationes idoneae sint, necesse etiam esse ideas statui. Impedita sane est constructio et totius enunciati conformatio, quod in protasi rerum sensibilium et mathematicarum comparatio latius extensa est, sed recte tamen apodosis *εἰ οὖν τοῦτο κτλ.* ad protasin refertur *εἰ γὰρ διὰ τοῦτο*, et universi enunciati constructio constat. (Cf. *εἰ οὖν* in initio apodosis *K*, 3. p. 1060b33. Eth. Nic. III, 7, p. 1114b1. Top. II, 4. p. 111b4, ubi *οἷον εἴ τινος — ἢ μουσικός* parenthesi includenda sunt et apodosis incipienda ab *ἐάν*.) Sed ea distinguendi ratione, quam Bekkerus retinuit, ut nulla parenthesi posita puncto maximo distinguat post *καὶ ἀριθμῷ ὡρισμέναι*, deinde post *ὁμοειδῆ* et post *ποσαί τινες ἀλλ' εἴδει*, equidem quid faciam non video. Nec quod in scholiis ad h. l. auctores novissimae editionis post *εἰ γάρ* distinxerunt, ut *διὰ τοῦτο* apodosin ordiatur, vel sententiarum nexui, vel ipsorum scho-

---

1) Codd. *καί*, quorum auctoritatem secuti sunt editores. Sed e proximis verbis manifestum est, opponi inter se debere *ἀριθμῷ* et *εἴδει*. Itaque invitis codicibus *ἀλλ'* scribendum jam Alexander praecepit p. 634b37. *ἄμεινον δὲ γεγράφθαι „οὐκ ἔσται ἀριθμῷ ἀλλ' εἴδει·“ τοῦτο γὰρ συνάγει τά τε προειρημένα καὶ τὸ ἐπιφερόμενον „οὐδ' αἱ ἀρχαὶ — ἀλλ' εἴδει.“*

liorum interpretationi, vel Aristotelis scribendi usui accommodatum est.

Omnes hos locos, de quibus nunc disputavimus, licet impeditam ac difficilem habeant constructionem, modo extensa longius protasi, modo pluribus colis per parenthesin interjectis, ad anacolutha tamen non recte referas, quoniam apodosis non solum sententia sed etiam grammatica forma apte et accurate cum protasi concinit. Sed exstant etiam anacoluthiae exempla in metaphysicis, quamvis multo rariora, quam e distinctione etiamnunc vulgata censeas. Huc referam *M*, 4. p. 1078 b 17. sqq. (Br. 266, 5.), quo loco Aristoteles explicat, quibus caussis Plato adductus sit, ut ideas tamquam sejunctas a rerum sensibilium communione et per se exsistentes statueret. *Σωκράτους δὲ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς πραγματευομένου καὶ περὶ τούτων ὁρίζεσθαι καθόλου ζητοῦντος πρώτου (τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μικρὸν Δημόκριτος ἥψατο μόνον καὶ ὡρίσατό πως τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον περί τινων ὀλίγων, ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον, οἷον τί ἐστι καιρὸς ἢ τὸ δίκαιον ἢ γάμος), ἐκεῖνος εὐλόγως ἐζήτει τὸ τί ἐστιν.* Ad protasin *Σωκράτους πραγματευομένου* apodosin *ἐκεῖνος*, i. e. *Σωκράτης, εὐλόγως ἐζήτει* referri, licet interjecta parenthesi, non adducor ad credam, praesertim quum ipsa haec apodosis cum sententiarum ordine et contextu non conveniat. Etenim si quis diligenter attenderit, quod sit hujus disputationis consilium, et cum locum primi libri contulerit, qui cum nostro prorsus concinit, *A*, 6. p. 987 b 1. ad protasin *Σωκράτους πραγματευομένου περὶ τοὺς καθόλου ὁρισμούς* referendam intelliget apodosin hujus sententiae *Πλάτων τούτους τοὺς ὁρισμοὺς ἐχώρισεν.* Et haec quidem sententia inest verbis paullo inferioribus a 30. *ἀλλ' ὁ μὲν Σωκράτης τὰ καθόλου οὐ χωριστὰ ἐποίει οὐδὲ τοὺς ὁρισμούς· οἱ δ' ἐχώρισαν κτλ.* ita quidem, ut haec verba, si sententiam spectaveris, pro apodosi habenda sint protasis

illius *Σωκράτους πραγματευομένου*, non servata unius enunciati forma grammatica. Itaque omissis signis parenthesis, quibus Bekkerus utitur, post *ζητοῦντος πρώτου* interruptae orationis signum ponendum, ac deinde pro *ἐκεῖνος εὐλόγως ἐζήτει* e codd. *ET* recipiendum est *ἐκεῖνος δ' εὐλόγως ἐζήτει.* — Eodem interruptae orationis signo utendum arbitror alio loco, quem ad anacoluthiae exempla referam. *Z*, 17. p. 1041 b 11. sqq. (Br. 163, 20.) Ibi enim hunc in modum distinguendum videtur: *ἐπεὶ δὲ τὸ ἔκ τινος σύνθετον οὕτως ὥστε ἓν εἶναι τὸ πᾶν ἀλλὰ μὴ ὡς σωρὸς ἀλλ' ὡς ἡ συλλαβή — ἡ δὲ συλλαβὴ οὐκ ἔστι τὰ στοιχεῖα, οὐδὲ τὸ βα ταὐτὸ τῷ β καὶ α, οὐδ' ἡ σὰρξ πῦρ καὶ γῆ· διαλυθέντων γὰρ τὰ μὲν οὐκέτι ἐστίν, οἷον ἡ σὰρξ καὶ ἡ συλλαβή, τὰ δὲ στοιχεῖα ἔστι καὶ τὸ πῦρ καὶ ἡ γῆ. ἔστιν ἄρα τι ἡ συλλαβὴ οὐ μόνον τὰ στοιχεῖα τὸ φωνῆεν καὶ τὸ ἄφωνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι. καὶ ἡ σὰρξ οὐ μόνον πῦρ καὶ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρόν, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι. εἰ τοίνυν ἀνάγκη κἀκεῖνο ἢ στοιχεῖον ἢ ἐκ στοιχείων εἶναι, εἰ μὲν στοιχεῖον, πάλιν ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος κτλ.* Ipsa protasis non ad finem perducta est, sed desideratur praedicatum; quod quum deinde in ea parte argumentationis adjiciatur, qua res exemplo illustratur, apodosis, quae incipienda est, si sensum unice spectaveris, a verbis *εἰ τοίνυν*, grammatice non concinit cum protasi. Si omiseris exempla, hanc fere habebis enunciati formam: *ἐπεὶ δὲ τὸ ἔκ τινος σύνθετον οὕτως ὥστε ἓν εἶναι τὸ πᾶν —* ἕτερόν τί ἐστι παρὰ τὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν σύγκειται *— —· εἰ ἀνάγκη κἀκεῖνο* (sc. *τὸ ἕτερον παρὰ τὰ στοιχεῖα*) *ἢ στοιχεῖον ἢ ἐκ στοιχείων εἶναι, εἰ μὲν στοιχεῖον, πάλιν ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος.* Ad hanc sententiam intelligendam optime ducetur lector, si post *ὡς ἡ συλλαβή* interruptam esse orationem significetur.

II.

Quod in distinguenda scriptorum veterum oratione liberum fere editoribus permittitur arbitrium, ut quum summa auctoritas libris manuscriptis concedatur, in his tamen signis ponendis magis sententiarum nexus spectandus et scriptoris usus observandus, quam codicum vestigia anxie legenda videantur: idem fere ad alia quaedam parvula signa pertinet, in quibus librarii, quamvis diligenter in transscribendis scriptoris verbis versarentur, facillime poterant errare. Dico autem praecipue accentus et spiritus signa et ι illud, quod quum per se minimo signo notetur subscribendo prope evanuit. Quo quidem emendationis genere quum vel alia efficitur verborum conformatio, vel vocabula disjuncta in unum conjunguntur, quae conjuncta erant dirimuntur, vix videtur illud e conjectura fieri, siquidem plerumque sumi potest, inesse etiam in libris manuscriptis ejusmodi scribendi discrepantiam, licet non enotata sit ab editoribus. His igitur emendandi instrumentis videamus quid ad restituendam genuinam metaphysicorum formam conferre possimus.

B, 5. p. 1001 a 13. (Br. 55, 20.) Gravissimum idem et difficillimum Aristoteles esse dicit dijudicare, utrum unum et ens ita absolute et per se sint, ut eorum natura in ipsa unitate et essentia contineatur, an alias quasdam res poni oporteat, ad quas unitatis et essentiae notiones referantur, *πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὂν οὐσίαι τῶν ὄντων εἰσὶ καὶ ἑκάτερον αὐτῶν οὐχ ἕτερόν τι ὂν τὸ μὲν ἓν τὸ δὲ ὂν ἐστιν, ἢ δεῖ ζητεῖν τί ποτ' ἔστι τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ὡς ὑποκειμένης ἄλλης φύσεως.* Illam sententiam amplexos esse Platonem et Pythagoreos, hanc philosophos physicos. *οἱ δὲ περὶ φύσεως*, ait, *οἷον Ἐμπεδοκλῆς ὡς εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων λέγει ὅτι τὸ ἓν ὄν ἐστιν. δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν φιλίαν εἶναι.* Immo vero non dicit unum esse ens; ita enim consentiret

cum iis, a quibus distinguitur, Platone et Pythagoreis; sed aperte et distincte, *εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων*, demonstrat qualis sit illa natura, quae esse et una esse dicatur. Et hanc quidem sententiam, quam et superiora verba flagitant *τί ποτ' ἔστι κτλ.*, et proxima confirmant *δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν φιλίαν εἶναι*, facillima mutatione habebimus, vocabulo *ὅτι* distinctim scripto *ὅ τι* ut sit pronomen interrogativum. Ita recte Brandisius scripsit, adjecta particula *ποτέ*, quae in uno codice est, *ὅ τι ποτέ*. Idem legisse Alexandrum inde apparet quod scribit p. 630 a 11. *ὡς εἰς γνωριμώτερόν τι ἀνάγων τὸ ἕν, τὴν φιλίαν ὑποτιθείς, ταύτης κατηγόρει τὸ ἕν.* Qui enim *ὑποτίθησιν* aliquid, is significat quid sit illud, ad quod referatur et cui tribuatur unitas. — Sed etiam ea verba, quibus Platonis et Pythagoreorum doctrinam significat, levi emendatione egere videntur. Ita enim exhibentur p. 1001 a 9. (Br. 55, 16.) *Πλάτων μὲν γὰρ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὂν οὐδὲ τὸ ἕν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τῆς οὐσίας αὐτὸ τὸ ἓν εἶναι καὶ τὸ ὄν τι.* Corruptelae suspicionem primum movet pronomen *τι*, quod est in fine enunciati. Etenim ea ipsa re quum maxime Plato et Pythagorei a physicis dissentiunt, quod non ponunt aliquid, *τὶ*, quod esse vel unum esse dicant, sed quod ipsam unitatis et essentiae notionem tamquam substantiam, *οὐσίαν καὶ φύσιν*, exsistere statuunt. Itaque vereor ut recte ex Platonis et Pythagoreorum sententia dici possit *αὐτὸ τὸ ἓν εἶναι καὶ τὸ ὄν τι*. Neque tamen propterea *τι*, quod in libris manuscriptis est, omittendum censeam, modo cum *ὄν* in unum vocabulum conjungatur ac proinde pro *ἓν* casus dativus substituatur; ita enim eadem sententia aptius etiam et accuratius explicabitur. Physici materiam quandam posuerunt, sive aquam, sive ignem, sive aliud quid, quo essentiae et unitatis notionem referrent; Plato vero et Pythagorei ipsam notionem unitatis et essentiae, ab omni materiae cognatione

secretam, substantiam esse statuerunt, *αὐτὸ τὸ ἑνὶ εἶναι καὶ τὸ ὄντι.* His enim formulis *τὸ ἑνὶ εἶναι, τὸ ἀγαθῷ εἶναι* et similibus ipsam significari notionem, qualem universe Aristoteles suo vocabulo *τὸ τί ἦν εἶναι* nominavit, satis notum est.[1]) Sed nondum persanatus locus videri potest, quoniam ipsa illa vocabula, de quibus disputavimus, *αὐτὸ τὸ ἓν εἶναι κτλ.*, sive ex nostra sententia scribi placet *αὐτὸ τὸ ἑνὶ εἶναι κτλ.*, non habent, quo referri recte possint. Quod si ea conjungas cum superioribus *ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι αὐτὸ τὸ ἑνὶ εἶναι καὶ τὸ ὄντι*, haec sane aptam praebent sententiam, sed interposita *ὡς οὔσης τῆς οὐσίας* explicari nequeunt; sin referas ad *ὡς οὔσης τῆς οὐσίας*, fieri non potest quin pro *αὐτὸ τὸ* ponatur casus genitivus. Iam quum in uno libro A^b, qui saepe meliora exhibere videtur, legatur *αὐτοῦ τό*, haud scio an cum aliqua veritatis specie universum locum ita constituere liceat: *Πλάτων μὲν γὰρ κ. οἱ. Π. οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὂν οὐδὲ τὸ ἕν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ ἑνὶ εἶναι καὶ τοῦ ὄντι.*

B, 5. p. 1002 a 21. (Br. 58, 14.) *πρὸς δὲ τούτοις ὁμοίως ἕν ἐστιν ἐν τῷ στερεῷ ὁποιονοῦν σχῆμα ἢ οὐδέν.* Ita Bekkerus textum exhibuit, quamquam quod unice verum esse et ex sententiarum nexu et e commentario Alexandri intelligitur, rectissime Brandisius in annotatis criticis editionis suae significaverat. Est enim scribendum *ἔνεστιν.* Simili ratione Aristoteles dicit vel quamlibet vel nullam omnino figuram inesse corpori; potentia enim quamlibet inesse, actu nullam.

Praecipua quadam difficultate is liber metaphysicorum legentes impedit, quo de ideis et de rebus mathematicis

---

1) Schol. p. 742 a 31. *ἀνθρώπῳ εἶναι λέγων κατὰ τὴν δοτικὴν πτῶσιν τὸ τί ἦν εἶναι τὸ ὑπὸ τοῦ ἄνθρωπος ὀνόματος δηλούμενον.* Cf. Trendelenburg in Mus. Rhen. 1828. IV. p. 457 sqq.

agitur, tertium decimum dico; quare non mirum, quod librarii sensu scriptoris non satis intellecto saepius vel in levioribus vel in gravioribus rebus lapsi sunt; sed modo ipse Aristoteles, modo veteres ejus interpretes veri inveniendi viam monstrant, si quis diligenter eorum vestigia sequatur. Ex iis quae lenissima medela videntur sanari posse jam persequemur. Altera parte capitis septimi Aristoteles eorum doctrinam examinat, qui unitates inconsociabiles statuerant, ex quibus fierent numeri ideales. At si quis tales posuerit unitates, non posse esse Aristoteles contendit (p. 1081 b 10.) ipsam dyadem neque reliquos numeros ideales. Qualescunque enim unitates esse finxerimus, utique numerum fieri addendo, veluti binarium quum addatur ad unitatem unitas, simili ratione ternarium ex binario et reliquos. Itaque si statuant, quaternarium numerum progigni ex ipsa dyade, i. e. ex dyade quae est idea, et ex dyade indefinita, inde consequi, ut duo binarii numeri, quippe qui necessario in quaternario contineantur, exsistant praeter ipsam dyadem, *δύο δυάδες παρ' αὐτὴν τὴν δυάδα.* Iam ita pergit *M*, 7. p. 1081 b 23. (Br. 274, 10.) *εἰ δὲ μή, μόριον ἔσται αὔτη ἡ δυάς, ἑτέρα δὲ προσέσται μία δυάς, καὶ ἡ δυὰς ἔσται ἐκ τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ καὶ ἄλλου ἑνός* i. e. quodsi hoc defugiant, ne duas dyades praeter ipsam dyadem, quam solam ideam esse volunt, concedere cogantur, statuant oportebit numeri quaternarii partem esse ipsam dyadem et accedere praeterea unam dyadem, ac pari modo consequetur ut dyas conficiatur ex ipsa unitate addita insuper alia unitate. Nimirum scribendum esse pro *αὔτη ἡ δυάς — αὐτὴ ἡ δυάς* apertum est e verbis proximis *ἐκ τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ καὶ ἄλλου ἑνός*, quibus respondeant necesse est superiora *αὐτὴ ἡ δυάς, ἑτέρα δὲ δυάς.* Emendatio per se evidens confirmatur interpretatione Syriani *εἰ δὲ τοῦτο φεύγοιεν, πάλιν ὁμολογήσουσι μόριον εἶναι τὴν αὐτοδυάδα τῆς αὐτοτετράδος, καὶ κατὰ πρόσ-*

θεσιν ἔσται ὁ ἀριθμὸς ἑτέρας δυάδος τῇ αὐτοδυάδι προστεθείσης (Schol. gr. in Arist. Met. ed. Brand. p. 310, 5.), et versione Bessarionis, qui habet *ipse binarius numerus.*

Eundem Syrianum alio tertii decimi libri loco emendationis testem adhibere possumus. Idealium numerorum auctores quum non longius quam ad denarium numerum seriem continuent, his decem numeris eorumque principiis omnes eas notiones assignare Aristoteles dicit, quae ad universam rerum naturam pertineant. Itaque alia veluti motum statum, bonum malum principiis eos tribuere, alia veluti par impar numeris. *ἔτι τὰ μεγέθη καὶ ὅσα τοιαῦτα μέχρι πόσου, οἷον ἡ πρώτη γραμμὴ ἄτομος, εἶτα δυάς, εἶτα καὶ ταῦτα μέχρι δεκάδος.* *M*, 8. p. 1084b1. (Br. 281, 22.) At non quaerit hoc loco, ad quantum usque numerum Pythagorei numerorum idealium seriem persequantur (cf. p. 1084a10.), sed quomodo intra denarium numerum omnia complectantur exponit. Itaque hoc dicit: magnitudines etiam, i. e. spatii dimensiones usque ad certum quendam numerum continuant (*μέχρι ποσοῦ*, non *μέχρι πόσου*), siquidem lineae principium unitate definitur, linea ipsa deinde binario numero atque ita reliqua donec denarius numerus efficiatur. Eandem explicationem Syrianus praebet: *ἔτι, φησί, καὶ ἐκ τῶν μεγεθῶν δεικνύειν ἐπειρῶντο ὅτι μέχρι τῆς δεκάδος*[1]) (*ταύτης γάρ ἐστι δηλωτικὸν τὸ μέχρι ποσοῦ*) *προάγειν χρὴ τὸν ἀριθμόν· ἔλεγον γὰρ ὅτι ἡ μονὰς ποιεῖ τὸ σημεῖον, ὅπερ οὗτος ἄτομον καλεῖ γραμμήν, ἡ δυὰς τὴν γραμμήν, ἡ τριὰς τὸ ἐπίπεδον, ἡ τετρὰς τὸ σῶμα, καὶ τούτοις ἀρκεῖται τὸ πᾶν· ὥστε εἰ ταῦτα τῆς δεκάδος οὐσία* (*συντεθέντα γὰρ ἀποτελεῖ τὴν δεκάδα*), *τὸ πᾶν ἀρκεῖται τῇ δεκάδι.* (Sch. in Ar. Met. ed. Br. p. 317, 7.)

His quidem duobus locis, quos proxime tractavimus, propter sententiae obscuritatem et rei absconditam ratio-

1) Sic scribendum est pro *δυάδος*, quod est in editione Brand.

nem difficile erat de genuina scriptura judicium; sed alius est ejusdem libri locus, qui quum sententiam exhibeat admodum perspicuam et apertam, in conformatione verborum adeo impeditus est, ut, licet multa Aristotelis brevitati concedere consueris, vix tamen possis in ea lectione, quam Bekkerus e libris manuscriptis dedit, acquiescere. Ita enim scriptum est in Bekkeriana editione *M*, 3. p. 1077b34. (Br. 264, 5.) *καὶ ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας ἐπιστήμας ἁπλῶς ἀληθὲς εἰπεῖν τούτου εἶναι οὐχὶ τοῦ συμβεβηκότος, οἷον ὅτι λευκοῦ εἰ τὸ ὑγιεινὸν λευκόν, ᾗ δ' ἔστιν ὑγιεινόν, ἀλλ' ἐκείνου οὗ ἐστὶν ἑκάστη, εἰ ὑγιεινὸν ὑγιεινοῦ, εἰ δ' ᾗ ἄνθρωπος ἀνθρώπου, οὕτω καὶ τὴν γεωμετρίαν· οὐκ εἰ συμβέβηκεν αἰσθητὰ εἶναι ὧν ἐστί, μή ἐστι δ' ᾗ αἰσθητά, οὐ τῶν αἰσθητῶν ἔσονται αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι.* Quid dicat Aristoteles quum per se facile est intelligere, tum verissime explicatur iis commentariis, qui Alexandri nomine feruntur: *καὶ ὥσπερ ἀληθές ἐστιν εἰπεῖν καὶ τὰς ἄλλας ἐπιστήμας τούτων μόνων ὧν εἰσὶν ἐπιστήμας εἶναι καὶ οὐ τοῦ συμβεβηκότος, οἷον ὅτι ἡ ἰατρικὴ τοῦ ὑγιεινοῦ ἐστὶν οὗ καὶ ἔστιν ἐπιστήμη, καὶ οὐ τοῦ συμβεβηκότος τῷ ὑγιεινῷ, οἷον τοῦ λευκοῦ, εἴγε τῷ ὑγιεινῷ συμβέβηκε λευκῷ εἶναι· οὕτω καὶ τῆς γεωμετρίας κτλ.* p. 816a29. Sed in explicanda constructione verborum *ᾗ δ' ἔστιν ὑγιεινοῦ* (hanc enim lectionem, quam eandem cod. *Fb* exhibet, in textu habuit) multum ac nequidquam interpres laborat. Proximis deinde in verbis pro *οὗ ἐστὶν ἑκάστη* plures libri manuscripti exhibent *ᾗ ἐστὶν ἑκάστου*, quam lectionem a Brandisio probatam vereor ut recte Bekkerus rejecerit; nam si quis meminerit, mathematicam scientiam ad res sensibiles dici pertinere *ᾗ σώματα, ᾗ ἐπίπεδα, ᾗ γραμμαί*, opticam et acusticam ad colores et ad sonos *ᾗ γραμμαί, ᾗ ἀριθμοί*, concedet, opinor, obscurius quidem sed distinctius quamlibet scientiam dici *ἐκείνου ᾗ ἐστὶν ἑκάστου*, quam *ἐκείνου οὗ ἐστὶν ἑκάστη.* His perpensis haud scio an hunc in modum textus restituendus sit:

καὶ ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας ἐπιστήμας ἁπλῶς ἀληθὲς εἰπεῖν τούτου εἶναι, οὐχὶ τοῦ συμβεβηκότος (οἷον ὅτι λευκοῦ εἰ τὸ ὑγιεινὸν λευκόν, ἡ δ' ἔστιν ὑγιεινοῦ), ἀλλ' ἐκείνου ῇ ἐστὶν ἑκάστου, εἰ ῇ ὑγιεινὸν ὑγιεινοῦ, εἰ δ' ῇ ἄνθρωπος ἀνθρώπου, οὕτω κτλ. Ad ἡ δ' apparet ex superioribus cogitatione addendum esse ἐπιστήμη, nimirum ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη; quod autem in verbis εἰ ὑγιεινὸν ὑγιεινοῦ interposui ῇ, proximis verbis ita confirmatur, ut vix excusatione egeat. Quamquam notum est, quam saepe a librariis *ει* et *η* confundantur, et quam facile, quum duae pares vel similes voculae deinceps positae sint, altera, omittatur. Unum ejusmodi locum afferam e metaphysicis, in quo miror librariorum negligentiam non animadversam ab editoribus. Quarti libri cap. IV. (*Γ*, 4.) Aristoteles eos refutare conatur, qui principium contradictionis negent verum esse, et quum alia adversus eos confert argumenta, tum ex ipsorum sententia consequens esse dicit, ut de qualibet re quidvis praedicari oporteat, veluti de homine, hominem esse triremem et hominem non esse triremem. εἰ μὲν οὖν ἡ κατάφασις, i. e. si pertinet ad hominem affirmativa praedicatio, ut esse triremis dicatur, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀπόφασιν, sequitur ex adversariorum sententia ut etiam negatio vere de eo praedicetur. εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει ἡ κατάφασις, ἥ γε ἀπόφασις ὑπάρξει μᾶλλον ἡ αὐτοῦ. εἰ οὖν κἀκείνη ὑπάρχει, ὑπάρξει καὶ ἡ τοῦ τριήρους· εἰ δ' αὕτη, καὶ ἡ κατάφασις. *Γ*, 4. p. 1008a1 (Br. 73, 10). Omissam esse apparet inter μᾶλλον et ἡ αὐτοῦ particulam comparandi ἤ. Nam ita ratiocinatur Aristoteles: si illi adversarii principii contradictionis contenderint, non esse veram enunciationem affirmativam *homo est triremis*, concedent profecto negationem triremis magis ac certius referendam esse ad hominem tamquam subjectum, quam ipsius hominis negationem. Atqui veram esse dicunt enunciationem *homo non est homo* (εἰ οὖν κἀκείνη ὑπάρχει); ergo concedant oportet enunciationem *homo non est triremis*, et si negativam, necessario etiam affirmativam *homo est triremis*. — Conjecturam nostram, si cui dubia videatur, confirmat Alexandri auctoritas: μᾶλλον γὰρ ἡ ἄλλου ἀπόφασις ἀληθὴς κατά τινος ἢ ἡ αὐτοῦ· εἰ γὰρ ἀληθὲς κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, πολὺ εὐλογώτερον ἐπ' αὐτοῦ ἀληθὲς λέγειν — — τὸ οὐκ ἔστι τριήρης. p. 662b21.

Θ, 6. p. 1048b7. (Br. 182, 12.) λέγεται δ' ἐνεργείᾳ οὐ πάντα ὁμοίως, ἀλλ' ἢ τὸ ἀνάλογον, ὡς τοῦτο ἐν τούτῳ ἢ πρὸς τοῦτο, τὸ δ' ἐν τῷδε ἢ πρὸς τόδε· τὰ μὲν γὰρ ὡς κίνησις πρὸς δύναμιν, τὰ δ' ὡς οὐσία πρός τινα ὕλην. Emendavit hunc locum Bekkerus sublata graviore distinctione, quae est in ed. Brand. ante τὸ δ' ἐν τῷδε, sed non videtur persanasse; nam vocabula τὸ δ' apertum est in unum vocabulum esse conjungenda. Ita demum clara et perspicua erit proportionis descriptio ὡς τοῦτο ἐν τούτῳ ἢ πρὸς τοῦτο, τόδ' ἐν τῷδε ἢ πρὸς τόδε. Sed etiam superioribus verbis lenis quaedam mutatio videtur afferenda; quod enim scribitur, non dici omnia eadem ratione ἐνεργείᾳ, ἀλλ' ἢ τὸ ἀνάλογον, i. e. nisi ex similitudine quadam et proportione, vereor ne casus accusativus a constanti usu Aristotelis recedat. Saepissime enim dicit res esse vel easdem vel diversas τῷ εἴδει, τῇ ὕλῃ al., casu dativo, non τὸ εἶδος, τὴν ὕλην. Itaque casum dativum τῷ, quem Alexander ad h. l. in lemmate habet et quem eundem cod. *F*[b] exhibet, praeferendum censeo, praesertim quum in loco prorsus simili hoc ipsum τῷ ἀνάλογον legatur. *Λ*, 4. p. 1070b17. πάντων δὲ οὕτω μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔστιν (sc. ταὐτὰ στοιχεῖα καὶ ἀρχαί), τῷ ἀνάλογον δέ, ὥσπερ εἴ τις εἴποι κτλ.[1]) Etiam hoc loco unus liber mscr. *A*[b] accusativum τό exhibet, ac tam exiguo scribendi discrimine hae voculae distinguuntur, ut non mireris, innumeris eas locis a librariis

---

1) Cf. τῷ ἀνάλογον. *Λ*, 5. p. 1071a26. Eth. N. VII, 6. p. 1148b10.

confusas et commutatas esse. Et aliquoties quidem hoc librariorum mendum ad novissimam editionem propagatum videtur. Veluti *Δ*, 12. p. 1019b6. (Br. 105, 7). ubi de diversis significationibus notionis *δύναμις* et *δυνατόν* agitur, Bekkerus haec dedit: *καὶ γὰρ τὸ φθειρόμενον δοκεῖ δυνατὸν εἶναι φθείρεσθαι, ἢ οὐκ ἂν φθαρῆναι εἰ ἦν ἀδύνατον· νῦν δὲ ἔχει τινὰ διάθεσιν καὶ αἰτίαν καὶ ἀρχὴν τοῦ τοιούτου πάθους. ὁτὲ μὲν δὴ τὸ ἔχειν τι δοκεῖ, ὁτὲ δὲ τὸ ἐστερῆσθαι τοιοῦτον εἶναι.* Scribendum potius esse *τῷ ἔχειν, τῷ ἐστερῆσθαι*, i. e. *modo aliquid tale est*, sc. *δυνατόν*, *eo quod habet principium quoddam et caussam mutandi, modo propterea quod eo caret*, manifestum est ex proximis verbis *εἰ δ' ἡ στέρησίς ἐστιν ἕξις πως, πάντα τῷ ἔχειν ἂν εἴη τι*, quibuscum cf. v. 8. *ὥστε τῷ ἔχειν ἕξιν τινὰ καὶ ἀρχήν ἐστι δυνατόν, καὶ τῷ ἔχειν τὴν τούτου στέρησιν.* et v. 10. 12. Omnis dubitatio tollitur commentario Alexandri, p. 711a10—13., qui dativum in contextu Aristotelis habuit; eundem casum Bessarion vertendo expressit et Brandisius in varietate lectionis adnotavit; Bekkerus nullam omnino h. l. significavit scripturae discrepantiam.

Eodem librariorum mendo magis etiam obscuratur locus, qui est sub ipsum metaphysicorum finem. Perstringit ibi Aristoteles Pythagoreos, quod temere in numeris harmonicis et in rebus ad eos referendis luserint, ejusque levitatis quum alia tum hoc exemplum affert. *N*, 6. p. 1093a22. (Br. 305, 28.) *ἐπεὶ καὶ τὸ ΞΨΖ συμφωνίας φασὶν εἶναι, καὶ ὅτι ἐκεῖναι τρεῖς, καὶ ταῦτα τρία. ὅτι δὲ μυρία ἂν εἴη τοιαῦτα, οὐθὲν μέλει· τὸ γὰρ Γ καὶ Ρ εἴη ἂν ἓν σημεῖον.* Veluti, Aristoteles ait, literas ξ ψ ξ consonantias nominant et propterea tres esse contendunt nec plures, quod tres sint consonantiae musicae, nimirum *διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν*. Illud vero minime curant, quod fieri potest, ut sexcentae sint ejusmodi literae. Quid enim impedit, quominus γ et ρ, ubi juxta posita sunt, uno signo comprehensa fingamus, pariter ac ξ ψ ζ uno signo duas literas simplices complectuntur.[1]) — Hanc quum inesse oporteat his verbis sententiam, non dubito pro *τὸ γὰρ Γ καὶ Ρ* scribere *τῷ γὰρ Γ καὶ Ρ*, quod et in duobus libris mscr. optimae notae *EA^b* legitur et a Brandisio in textum receptum est.

Sed praecipue proclive erat librariis *τό* mutare in casum dativum *τῷ*, ubi sequitur dativus generis masculini vel neutrius, qui, nisi diligentius attenderis, cum articulo conjungendus esse videatur. Quod saepius accidit in peculiari illa constructione dativi cum infinitivo, qua, ut supra indicavimus (cf. p. 42.), Aristoteles ipsam notionem ab omni materiae et accidentium cogitatione exemptam significat, ut *λευκῷ εἶναι* albitudinem, *ἀνθρώπῳ εἶναι* naturam et notionem hominis, *τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι* denotet. Praeposito articulo haec formula in substantivi naturam abit, nec solum casu nominativo vel accusativo usurpatur, quorum plurima exempla praecipue e septimo metaphysicorum libro et e quarti cap. 4. afferri possunt, sed etiam genitivo, veluti *Γ*, 4. p. 1006b24, Anal. post. II, 4. p. 91b5. *τοῦ ἀνθρώπῳ εἶναι*, *Z*, 8. p. 1033b11. *τοῦ σφαίρᾳ εἶναι*, et dativo Schol. p. 747a31. *τῷ ἀγαθῷ εἶναι.* Sed falso quinquies in eodem sexto capite libri septimi dativus etiam in Bekkeriana editione legitur, ubi necessario nominativus requiritur. Tractatur in illo capite haec quaestio, utrum *τὸ τί ἦν εἶναι* rei et ipsa res unum idemque sint necne. *Z*, 6. p. 1031b27. (Br. 138, 9. 10.) *τῷ μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ* (sc. *εἶναι*) *καὶ τῷ λευκῷ ἀνθρώπῳ οὐ ταὐτό, τῷ πάθει*

1) Miram quandam horum verborum interpretationem Hengstenbergius dedit, *denn für g und r würde ein Sternbild existiren.* Nimirum deceptus falsa interpunctione Brandisii, qui ante *ἐπεὶ καὶ τὸ ξ ψ ζ* commate tantum distinxit, huc etiam pertinere censuit, quae paullo ante de numero stellarum in signo pleiadum vel septentrionum Aristoteles exposuerat.

δὲ ταὐτό. Scribendum esse *τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ τὸ λευκῷ ἀνθρώπῳ οὐ ταὐτό* (quae est lectio cod. A^b) si quis non ex ipsa enunciati natura apparere censeat, quum *ἀνθρώπῳ εἶναι* et *λευκῷ ἀνθρώπῳ εἶναι* subjecti locum obtineant, at certe Alexandri testimonio credet, quem apertum est eam lectionem ante oculos habere quod scribit *καθ' αὑτὰ μὲν γὰρ τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι καὶ τὸ λευκῷ ἀνθρώπῳ οὐκ ἔσται τὸ αὐτό* p. 747b44, vel ipsius potius Aristotelis, apud quem in eadem disputatione et eadem de re paullo ante scriptum est *καὶ τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι καὶ τὸ λευκῷ ἀνθρώπῳ τὸ αὐτό* p. 1031a21, et *ἕτερον αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀγαθῷ εἶναι* p. 1031a31. — Neque aliter statuendum videtur de altero ejusdem capitis loco, qui etiam in Bekk. ed. hunc in modum exhibetur *Z*, 6. p. 1031b8. (Br. 137, 15. 16.) *καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἔχει· ὥστ' εἰ μηδὲ τῷ ἀγαθῷ εἶναι ἀγαθόν, οὐδὲ τῷ ὄντι ὄν, οὐδὲ τῷ ἑνὶ ἕν.* Hoc loco est sane quo defendi possit dativus, si quis e superioribus repetendum censeat *ὑπάρχει* (v. 5. *τῷ ἀγαθῷ ὑπάρχει τὸ εἶναι ἀγαθῷ*); quamquam neque *ὑπάρχειν* huc satis apte referri videtur, quum notio *ἀγαθῷ εἶναι* tunc subjecti locum, res *ἀγαθόν* praedicati locum obtineret, et arctius haec cohaerent cum proximis quam cum superioribus. Sed quum his verbis scriptor deinde rem persequatur *ὁμοίως δὲ πάντα ἐστὶν ἢ οὐθὲν τὰ τί ἦν εἶναι· ὥστε εἰ μηδὲ τὸ ὄντι ὄν, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐθέν*, apertum est etiam ad ea verba, de quibus agimus, verbum *εἶναι* cogitatione addendum atque ita scribendum esse: *ὥστ' εἰ μηδὲ τὸ ἀγαθῷ εἶναι ἀγαθόν, οὐδὲ τὸ ὄντι ὄν, οὐδὲ τὸ ἑνὶ ἕν.*

Omnino articulus saepissime librariorum erroribus locum dedit, non iis solum, de quibus jam disputavimus, ut ejus casus confundantur, sed etiam aliis, quum modo articulus omittatur ubi adjiciendus sit, modo adjiciatur ubi abesse debeat, modo ab altero nomine ad alterum transponatur. Qua quidem in re quantum inter se discrepent

libri manuscripti metaphysicorum et quoties a librariis manifesto erratum sit, neminem latere potest, qui vel Bekkerianam editionem cum superioribus contulerit, vel in ipsa novissima editione lectionis discrepantiam in margine enotatam perlustraverit; vix enim alium scribendi errorem saepius commissum videas, quam qui in adjiciendo omittendo transponendo articulo cernitur. Itaque vix conjecturae nomine notari poterit, si aliquot locis flagitante sententiae ratione et confirmantibus aliis locis, qui de eadem re sunt, modo restituere omissum, modo omittere falso adjectum articulum conabimur. Ac multo quidem saepius e metaphysicorum textu, qualem nunc habemus, eximendus videtur articulus, quam ei addendus. *B*, 1. p. 995b27. (Br. 41, 30.) *καὶ πότερον αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ γένη ἐστὶν ἢ εἰς ἃ διαιρεῖται ἐνυπάρχοντα ἕκαστον· καὶ εἰ τὰ γένη, πότερον ὅσα ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις λέγεται τελευταῖα ἢ τὰ πρῶτα, οἷον πότερον ζῷον ἢ ἄνθρωπος ἀρχή κτλ.* Subjecti locum obtinet *τὰ γένη ἢ εἰς ἃ διαιρεῖται ἐνυπάρχοντα ἕκαστον*, praedicatur de iis *ἀρχαί, στοιχεῖα.* Hoc enim quaerit Aristoteles, utrum genera rerum an eae partes, in quas ipsa res dividitur, pro principiis et elementis rei habenda sint. Jam quum subjectum sua natura adsciscat articulum, praedicatum contra, nisi singularis quaedam gravitas vel alia caussa similis accesserit, eundem respuat, ante *ἀρχαί* et *στοιχεῖα* articulos *αἱ* et *τά* delendos censeo. Quod ne videar anxia quadam formularum grammaticarum religione statuere, ipse Aristoteles me defendat; namque et hoc ipso loco legimus *οἷον πότερον ζῷον ἢ ἄνθρωπος ἀρχή*, non *ἡ ἀρχή*, et ubi ad eandem quaestionem redit *στοιχεῖα* et *ἀρχαί* ut praedicata sine articulo scribit *B*, 3. p. 998a20. *περί τε τούτων οὖν ἀπορία πολλὴ πῶς δεῖ θέμενον τυχεῖν τῆς ἀληθείας καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν πότερον δεῖ τὰ γένη στοιχεῖα καὶ ἀρχὰς ὑπολαμβάνειν ἢ μᾶλλον ἐξ ὧν ἐνυπαρχόντων ἐστὶν ἕκαστον πρῶ-*

τον [1]), *οἷον φωνῆς στοιχεῖα καὶ ἀρχαὶ δοκοῦσιν εἶναι ταῦτα, ἐξ ὧν σύγκειται αἱ φωναὶ πᾶσαι πρώτων κτλ.* Atque Alexander ubi locum, de quo agimus, explicat, haec habet: *περὶ οὗ νῦν φησὶ δεῖν ζητεῖν, ἔστιν, εἰ τὰ γένη ἀρχαὶ τούτων ὧν ἐστὶ γένη (δοκεῖ γὰρ τὰ γένη πρῶτα εἶναι τῇ φύσει, τὰ δὲ πρῶτα ἀρχαί) κτλ.* p. 606b37., quamquam paullo infra, ubi ipsa Aristotelis verba affert, *αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ στοιχεῖα* apposito articulo legitur p. 607b41. — Quodsi de hac emendatione constiterit, non dubitabimus eandem loco simillimo ac prorsus gemino ejusdem libri afferre. Namque *B*, 3, p. 998b4. (Br. 49, 2.) scriptum est *ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν λόγων οὐκ ἂν εἴησαν αἱ ἀρχαὶ τὰ γένη τῶν ὄντων*, scribendum vero esse deleto articulo *ἀρχαί* apparet si quis vel proxima verba attenderit *ᾗ δ' ἕκαστον μὲν γνωρίζομεν διὰ τῶν ὁρισμῶν, ἀρχαὶ δὲ τὰ γένη τῶν ὁρισμῶν εἰσίν, ἀνάγκη καὶ τῶν ὁριστῶν ἀρχὰς εἶναι τὰ γένη. — — τῶν γε εἰδῶν τὰ γένη ἀρχαί εἰσιν*, quibus exemplis addas si libet ibid. v. 14. 15. 17. et Alexandrum in

---

1) Pro *πρῶτον* scribendum esse *πρώτων* (quod cod. *Jb* a manu recentiore habet) e proximis verbis apparet *ἐξ ὧν σύγκειται αἱ φωναὶ πρώτων*, et e commentario Alexandri p. 619a6. *ἢ τὰ στοιχεῖα ἐξ ὧν συνέστηκε τὰ ὄντα πρώτων καὶ εἰς ἃ ἔσχατα ἀναλύεται.* (Quod ibidem in lemmate exhibetur *πρῶτον*, quam dubia sit lemmatum auctoritas satis constat. Cf. Krische Gött. g. A. 1834. p. 1883.) Confirmatur emendatio nostra definitione *στοιχείου*, quam Aristoteles *Δ*, 3. p. 1014a26. proponit *στοιχεῖον λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται πρώτου ἐνυπάρχοντος.* Atque hoc ipso e loco corrigenda erit definitio naturae, quae proximo capite ejusdem libri exhibetur *Δ*, 4. p. 1014b18. (Br. 91, 21.) *ἕνα δὲ* (sc. *τρόπον λέγεται φύσις*) *ἐξ οὗ φύεται πρῶτον τὸ φυόμενον ἐνυπάρχοντος.* Legendum esse *πρώτου* pro *πρῶτον* vel ex Alexandri commentario confirmes p. 693b19. *φύσις γὰρ καὶ ἡ ὕλη, ἐξ ἧς πρώτης ἐνυπαρχούσης τῷ γινομένῳ ἡ γένεσις*, vel ex Aristotelis physicis, ubi de eadem re disserit II, 1. p. 193a9. *δοκεῖ δ' ἡ οὐσία τῶν φύσει ὄντων ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ*, quod deinde a29 explicat per *ἡ πρώτη ἑκάστῳ ὑποκειμένη ὕλη.* — Item *Δ*, 1. p. 1013a4. (Br. 87, 3. 6.) *ὅθεν πρῶτον γίγνεται ἐνυπάρχοντος* et a7 *ὅθεν γίγνεται πρῶτον μὴ ἐνυπάρχοντος* (cod. *Hb* *πρώτου*) pro *πρῶτον* legendum suspicor *πρώτου.* Cf. Alex. p. 688a35.

commentario ad h. l. p. 619a24, 27, 31. — Eadem ratione emendandus est locus libri tertii decimi, ubi quae esse possit numerorum natura et quomodo ad ideas pertineat exponitur *M*, 7. p. 1081a7. (Br. 272, 13.) *εἰ μὲν οὖν πᾶσαι συμβληταὶ καὶ ἀδιάφοροι αἱ μονάδες, ὁ μαθηματικὸς γίγνεται ἀριθμὸς καὶ εἷς μόνος, καὶ τὰς ἰδέας οὐκ ἐνδέχεται εἶναι τοὺς ἀριθμούς. Τὰς ἰδεάς* subjectum enunciati esse, si cui dubium videatur, e proximis verbis intelligitur *ποῖος γὰρ ἔσται ἀριθμὸς αὐτοάνθρωπος ἢ ζῷον ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν εἰδῶν;* itaque delendus articulus *τούς* et hunc in modum verba interpretanda sunt: si omnes unitates consociabiles et pares esse statuuntur, exsistit numerus mathematicus neque alius praeterea, nec fieri potest ut idearum naturam numeris definiri censeas, *die Ideen können nicht Zahlen sein.* Confirmat emendationem ipse Aristoteles, qui postquam paucis hanc sententiam explicuit, deinceps rem ita persequitur: *εἰ δὲ μή εἰσιν ἀριθμοὶ αἱ ἰδέαι, οὐδ' ὅλως οἷόν τε αὐτὰς εἶναι.* a12. cf. 1082b24. *οὐδὲ ἔσονται αἱ ἰδέαι ἀριθμοί.* p. 1086a6. *οἱ τὰ εἴδη βουλόμενοι ἅμα καὶ ἀριθμοὺς ποιεῖν.* Cf. Zeller, platon Stud. p. 236. not. — Idem statuendum de loco octavi libri *H*, 3. p. 1043b8. (Br. 168, 29.) *οὐ γάρ ἐστιν ἡ σύνθεσις οὐδ' ἡ μῖξις ἐκ τούτων ὧν ἐστὶν ἡ σύνθεσις ἢ μῖξις.* Probare non possum, quod Bekkerus ad *σύνθεσις* altero loco positum articulum adjecit, uni ut videtur codici obsecutus, siquidem in margine scripsit *ἡ* add. *Ab*; praedicati locum habent *σύνθεσις ἢ μῖξις*, itaque sine articulo scribenda sunt, sicuti Alexander scripsit in commentario, ipsa Aristotelis verba quam proxime secutus *τὸ δὲ „ἐκ τούτων" ἀντὶ τοῦ μετὰ τούτων, ὧν ἐστὶ σύνθεσις ἢ μῖξις* p. 774a25.

Idem eademque de caussa judicandum erit de loco libri duodecimi *Λ*, 3. p. 1070b3. (Br. 243, 5.) *πρότερον δὲ τὸ στοιχεῖον ἢ ὧν ἐστὶ τὸ στοιχεῖον.* Aut verba *ἐστὶ τό* omittenda sunt, quae desunt in cod. *Ab*, aut certe

articulus *τό* posteriore loco. Cf. Alex. ad h. l. *ἐκεῖ μὲν γὰρ ἔλεγεν ὅτι τὸ στοιχεῖον πρότερόν ἐστιν ὧν ἐστὶ στοιχεῖον.* p. 801a20. — Atque huic loco adeo similis exstat in libro quinto, ut altera emendatio ex altera fidem accipere videatur. Explicaturus Aristoteles cap. 15. diversas significationes relationis, *τοῦ πρός τι*, haec scribit: *τὸ δὲ μετρητὸν καὶ τὸ ἐπιστητὸν καὶ τὸ διανοητὸν τῷ ἄλλο πρὸς αὐτὸ λέγεσθαι πρός τι λέγονται. τό τε γὰρ διανοητὸν σημαίνει ὅτι ἐστὶν αὐτοῦ διάνοια, οὐκ ἔστι δ' ἡ διάνοια πρὸς τοῦτο οὗ ἐστὶ διάνοια· δὶς γὰρ ταὐτὸν εἰρημένον ἂν εἴη. ὁμοίως δὲ καὶ τινός ἐστιν ἡ ὄψις ὄψις, οὐχ οὗ ἐστὶν ὄψις (καίτοι γ' ἀληθὲς τοῦτο εἰπεῖν),*[1] *ἀλλὰ πρὸς χρῶμα ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον. ἐκείνως δὲ δὶς ταὐτὸν λεχθήσεται, ὅτι ἔστιν ὄψις οὗ ἐστὶν ἡ ὄψις. Δ,* 15. p. 1021b3. (Br. 110, 14.) Extrema verba si quis comparaverit cum iis e superioribus, quibus ea respondere ex universa sententiae conformatione (*ὁμοίως*) patet, *δὶς ταὐτὸν λεχθήσεται* — *δὶς γὰρ ταὐτὸν εἰρημένον ἂν εἴη, ἔστιν ὄψις οὗ ἐστὶν ἡ ὄψις* — *ἔστι δ' ἡ διάνοια πρὸς τοῦτο οὗ ἐστὶ διάνοια*, non dubitabit vel ex mera conjectura extrema eam in formam restituere, quam subjecti et praedicati natura requirit *ὅτι ἔστιν ἡ ὄψις οὗ ἐστὶν ὄψις* (cf. b1. *οὗ ἐστὶν ὄψις*). Sed nec recedimus quod textum hunc in modum exhibemus a fide librorum manuscriptorum, siquidem *Hb* adjecto articulo ad *ὄψις* priore loco, omisso eodem ad *ὄψις* posteriore loco eandem habet lectionem, quam nos veram esse censemus. — Nec prorsus librorum manuscriptorum auctoritate destituimur, quod simili emendatione utendum putamus initio capitis secundi libri VI. *Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ ὂν τὸ ἁπλῶς λεγόμενον λέγεται πολλαχῶς, ὧν ἓν μὲν ἦν τὸ κατὰ συμβεβηκός, ἕτερον δὲ τὸ ὡς ἀληθές, καὶ τὸ μὴ ὂν ὡς τὸ ψεῦδος, παρὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ*

1) Quo facilius perspiciatur sententiarum nexus signo parenthesis haec verba inclusi, quae Bekkerus colis utrinque distinxit.

σχήματα τῆς κατηγορίας, οἷον τὸ μὲν τί κτλ. — *ἔτι παρὰ ταῦτα πάντα τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ· ἐπεὶ δὲ πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν, πρῶτον περὶ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς λεκτέον. E,* 2. p. 1026a35, (Br. 123, 27.) Articulum in nomine *ψεῦδος* omittendum esse quum ex ipsa rei natura consentaneum sit, quoniam, si hoc enunciationis membrum ad plenam enunciati formam restituerimus, praedicati locum obtinet, tum confirmatur opposito *ἀληθές* sine articulo, et loco simillimo ejusdem libri *E,* 4. p. 1027b18. *τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος.* Omisit articulum etiam in eo loco, quem tractamus, cod. *E.* Idem in principio apodosis eam particulam habet, quae unice huic loco videtur apta esse; quod enim dicit scriptor *ἐπεὶ πολλαχῶς λέγεται τὸ ὂν* non opponit superioribus, sed breviter ea complexus, quae in protasi uberius exposita sunt, ad initium enunciati redit; itaque non *δέ* scribendum, sed *δή*, quod est in cod. *E.* Cf. supra p. 21. — Ejusdem libri scripturam reliquis praeferendam censeam *I,* 4. p. 1055a28. (Br. 200, 26.), ubi Bekkerus ex reliquis codd. exhibuit *καὶ τὰ ἐν ταὐτῷ γένει πλεῖστον διαφέροντα τἀναντία*, et unum cod. *E* habere adnotavit *ἐναντία*. Hunc locum qui levius inspexerit, dubitaverit utrum subjectum enunciati esse censeat *τἀναντία*, quam sententiam Hengstenbergius interpretando secutus est, an praedicatum, quae Bessarionis est ratio. Sed *τἀναντία* pro praedicato habendum esse e proximis verbis apparet, *καὶ τὰ ἐν ταὐτῷ δεκτικῷ πλεῖστον διαφέροντα ἐναντία,* a27, *καὶ τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν δύναμιν πλεῖστον διαφέροντα* (sc. *ἐναντία ἐστί*) a31. Atque ipsa horum verborum similitudine evinci videtur, in illis etiam praeferendam esse scripturam cod. *E ἐναντία* lectioni vulgatae *τἀναντία.*

His igitur locis omnibus eadem praedicati natura et ratione articulus rejici videtur, licet eum vel plerique vel omnes libri manuscripti tueantur; nec desunt tamen, in quibus omittendum esse articulum alii e caussis intelligatur.

Veluti initio libri noni, ubi de diversis potentiae significationibus agitur, *ποσαχῶς λέγεται δύναμις*, exposita universa potentiae notione, his verbis Aristoteles rem persequitur *Θ*, 1. p. 1046a17. (Br. 176, 4.) *πάλιν δὲ αὗται αἱ δυνάμεις λέγονται ἢ τοῦ μόνον ποιῆσαι ἢ τοῦ παθεῖν ἢ τοῦ καλῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖς τούτων λόγοις ἐνυπάρχουσί πως οἱ τῶν προτέρων δυνάμεων λόγοι.* At ita tres inter se distinguuntur notiones *τὸ μόνον ποιῆσαι, τὸ παθεῖν, τὸ καλῶς* (sc. *ποιεῖν ἢ παθεῖν*), quum ex ipsa rei natura pariter atque e sententiae nexu appareat duas tantummodo distingui, *τὸ μόνον ποιῆσαι ἢ παθεῖν* una notione comprehensum, et *τὸ καλῶς ποιῆσαι ἢ παθεῖν.* Haec ut efficiatur sententia unice apta et sana, articulus in nomine *παθεῖν* omittatur oportet et scribatur *ἢ τοῦ μόνον ποιῆσαι ἢ παθεῖν, ἢ τοῦ καλῶς.* Et hanc quidem lectionem non est dubium quin Bessarion habuerit, qui vertit: *rursus autem hae potentiae dicuntur aut ipsius faciendi solum aut patiendi, aut ipsius bene.* Confirmant praeterea conjecturam nostram duo loci, quibus de eadem re agitur, *Δ*, 12. p. 1019b11. *ἔτι δὲ ταῦτα πάντα* (sc. *δυνατά ἐστιν*) *ἢ τῷ μόνον ἂν συμβῆναι γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι, ἢ τῷ καλῶς.* *Θ*, 2. p. 1046b24. *φανερὸν δὲ καὶ ὅτι τῇ μὲν τοῦ εὖ δυνάμει ἀκολουθεῖ ἡ τοῦ μόνον ποιῆσαι ἢ παθεῖν δύναμις, ταύτῃ δ' ἐκείνη οὐκ ἀεί.*

N, 2. p. 1089a27. (Br. 295, 7.) *ἐπειδὴ τὸ μὲν κατὰ τὰς πτώσεις μὴ ὂν ἰσαχῶς ταῖς κατηγορίαις λέγεται, παρὰ τοῦτο δὲ τὸ ὡς ψεῦδος λέγεται τὸ μὴ ὂν καὶ τὸ κατὰ δύναμιν, ἐκ τούτου ἡ γένεσίς ἐστιν.* Non multum tribuerem auctoritati cod. *T*, qui articulum *τό* ante *μὴ ὄν* omisit, quoniam in eo codice saepius librarii negligentia omissa quaedam esse et e scripturae discrepantia apparet et a Brandisio confirmatur [1]), nisi ipsa sententiae ratio exstinguendum articulum doceret.

---

1) Cf. Brandis, die Aristotelischen Handschriften im Vatican. Histor. philolog. Abhdl. der Berl. Acad. 1831. p. 63.

Sicuti enim dicitur *τὸ κατὰ τὰς πτώσεις μὴ ὄν*, ubi *κατὰ τὰς πτώσεις* articulo et nomini interpositum quasi in naturam adjectivi abit, ita dicendum est *τὸ ὡς ψεῦδος μὴ ὄν*, non *τὸ ὡς ψεῦδος τὸ μὴ ὄν.* Cf. *τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ὄν, τὸ ὡς ἀληθὲς ὄν, τὸ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος* et similia *E*, 4. p. 1027b17.

M, 10. p. 1087a17. (Br. 289, 5.) Ne principia oporteat universalia statui, *τὰς ἀρχὰς καθόλου εἶναι*, scientiam Aristoteles docet non utique dici posse universalem, sed esse quoddam discrimen. *ἡ γὰρ ἐπιστήμη, ὥσπερ καὶ τὸ ἐπίστασθαι, διττόν, ὧν τὸ μὲν δυνάμει τὸ δὲ ἐνεργείᾳ. ἡ μὲν οὖν δύναμις ὡς ὕλη τοῦ καθόλου οὖσα καὶ ἀόριστος τοῦ καθόλου καὶ ἀορίστου ἐστίν, ἡ δ' ἐνέργεια ὡρισμένη καὶ ὡρισμένου τόδε τι οὖσα τοῦδέ τινος.* Sicuti in altero enunciationis membro *ἐνέργεια* et ipsa definita et singularis esse, et rem sibi subjectam habere definitam et singularem dicitur, ita in priore membro opponatur oportet natura ejus rei, ad quam *δύναμις* pertinet, universalis et indefinita, et ipsa universalis et indefinita *δυνάμεως* natura. Omittendum igitur *τοῦ* ante *καθόλου οὖσα*, et scribendum *ἡ μὲν οὖν δύναμις ὡς ὕλη καθόλου οὖσα καὶ ἀόριστος τοῦ καθόλου καὶ ἀορίστου ἐστίν.* Ad *καθόλου εἶναι* cf. *M*, 10. p. 1086b37. *εἴγε καθόλου αἱ ἀρχαί.* 1087a10. *τὴν ἐπιστήμην εἶναι καθόλου πᾶσαν.* a12. *τὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς καθόλου εἶναι.*

Rarius quam adjiciendo articulo librarii omittendo videntur peccasse; cujus quidem rei iis exemplis, quorum corruptela latius patet, ad posteriorem disputationis partem reservatis, unum potissimum locum attingam, qui etiam in Bekkeriana editione perperam carere articulo videtur. Libri tertii decimi cap. 2. Aristoteles exponit, quo eos deduci oporteat, qui res mathematicas, solida superficies lineas puncta, disjuncta a rebus sensibilibus per se exsistere statuerint; esse enim inde consequens, ut praeter res sensibiles plura et superficierum et linearum et punctorum absolute

exsistentium genera statuantur. Omnem hanc disputationem deinde his verbis complectitur *M*, 2. p. 1076 b 32. (Br. 261, 5.) *συμβαίνει στερεὰ μὲν μοναχὰ παρὰ τὰ αἰσθητά, ἐπίπεδα δὲ τριττὰ παρὰ τὰ αἰσθητά, τά τε παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς στερεοῖς καὶ παρὰ τὰ ἐν τούτοις.* Tria esse demonstravit superficierum absolute exsistentium genera, primum earum, quae praeter superficies sensibiles esse statuantur a 14—16, alterum earum quae insint in ipsis solidis mathematicis, tertium denique earum, quae praeter superficies in solidis mathematicis contentas absolute ponantur a 16—24. Haec diversa tria genera ita sunt significanda, ut singula cum articulo pronuncientur *τά τε παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς στερεοῖς καὶ τὰ παρὰ τὰ ἐν τούτοις.* Ultimo loco articulus per eandem incuriam in omnibus libris manuscriptis excidisse videtur, per quam etiam medio loco *τὰ ἐν τοῖς μαθ. στ.* in duobus codd. *TA*^{b} omissus est. Alexander, qui in explicando hoc loco ad ipsa Aristotelis verba proxime accedit, articulum quem requirimus non omisit *τά τε παρὰ τὰ φυσικὰ ἐπίπεδα καὶ τὰ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς σώμασι καὶ τὰ παρὰ τὰ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἃ καθ' αὑτὰ ὑπάρχει.* p. 814 a 30. Eundem articulum Bessarion sive in textu Aristotelis invenit, sive de conjectura adjecit. — Paucis verbis ante quod scribitur *καὶ τούτων ἐν ταῖς προτέραις γραμμαῖς ἑτέρας προτέρας στιγμάς* (*M*, 2. p. 1076 b 27. Br. 260, 30.) ut grammatica enunciationis conformatio recte se habeat, pro *τούτων* aut scribendum est *τούτων τῶν* aut simpliciter *τῶν*. Nam hoc dicit Aristoteles, iis punctis, quae insunt in lineis prioribus, priora statuenda esse alia puncta, quae per se exsistant.

Sed satis jam de articulo perperam vel omisso vel adjecto; restant enim, quo de genere quum maxime disputare propositum erat, alii praeterea loci, qui mutata modo lineola apice puncto ad genuinam formam videantur restitui

posse, ubi et librariorum errorem facillime excuses et emendationes vix ad incertum conjecturae genus referas. Ejusmodi est *N*, 4, p. 1091 b 1. (Br. 301, 2.) Quaerit ibi Aristoteles, exposita et dijudicata numerorum doctrina, utrum id quod bonum et pulchrum per se est in ipsis rerum principiis ponendum sit, an postea demum per generationis decursum accedat. Theologorum quosdam, quo nomine hic Pythagoreos et Speusippum significat [1]), hanc proposuisse sententiam, ut bonum et pulchrum abesse a principiis et tamquam posterius accedere (*ὑστερογενῆ*) statuerent. *τοῦτο δὲ ποιοῦσιν*, ait, *εὐλαβούμενοι ἀληθινὴν δυσχέρειαν, ἣ συμβαίνει τοῖς λέγουσιν, ὥσπερ ἔνιοι, τὸ ἓν ἀρχήν.* At si verentur boni naturam ponere in principiis, non possunt deterreri aliis difficultatibus, nisi iis quae exoriantur si quis bonum posuerit in principiis, non iis quibus impediantur qui *τὸ ἓν* principium esse censeant. Itaque scribendum est *τοῖς λέγουσιν, ὥσπερ ἔνιοι, τὸ εὖ ἀρχήν.* Quam emendationem nemini adhuc, quod sciam, in mentem venisse eo magis miror, quod proximis verbis vel necessario ad eam duci videmur: *ἔστι δ' ἡ δυσχέρεια οὐ διὰ τὸ τῇ ἀρχῇ τὸ εὖ ἀποδιδόναι ὡς ὑπάρχον, ἀλλὰ διὰ τὸ τὸ ἓν ἀρχὴν καὶ ἀρχὴν ὡς στοιχεῖον κτλ.*, quibus cf. similem ejusdem rei expositionem b 19 sqq. *ὥστε τὸ μὲν φάναι τὴν ἀρχὴν τοιαύτην εἶναι* (sc. *τὸ εὖ, τὸ ἀγαθόν*) *εὔλογον ἀληθὲς εἶναι· τὸ μέντοι τοιαύτην εἶναι τὸ ἓν — — ἀδύνατον.* In tribus codd. corruptela a priore *εὖ* mutato

1) *θεολόγους* Aristoteles omnes eos vocat, qui sive poëtice sive philosophice de primis rerum elementis ac principiis egerunt, cf. *A*, 3. p. 983 b 29; *B*, 4. p. 1000 a 9; *Λ*, 10. p. 1075 b 26; (Brummerstädt, über Inhalt der Met. des Arist. etc. p. 10.) sicuti eam philosophiae partem, quam nos metaphysicam dicimus, ipse theologiae nomine insignivit *E*, 1. p. 1026 a 19; *K*, 7. p. 1064 b 3. Alexander p. 603 a 27. Hoc loco significari Pythagoreos et Speusippum apparet coll. *Λ*, 7. p. 1072 b 31.

in *ἓν* etiam ad posterius *εὖ, τὸ τῇ ἀρχῇ τὸ εὖ*, pervasit, ubi *ETG*^{b} pro *εὖ* habent *ἕν*.

Δ, 6. p. 1017a6. (Br. 98, 6.) *φανερὸν δὲ καὶ ὅτι τὰ πολλὰ ἀντικειμένως λεχθήσεται τῷ ἑνί· τὰ μὲν γὰρ τῷ μὴ συνεχῆ εἶναι, τὰ δὲ τῷ διαιρετὴν ἔχειν τὴν ὕλην —, τὰ δὲ τῷ τοὺς λόγους πλείους τοὺς τί ἦν εἶναι λέγονται.* Simpliciter dici posse ὁ *λόγος ὅ τί ἦν εἶναι* vix credam, neque apud Aristotelem, quum saepissime de ea re disserat, usquam me legere memini. Praeterea illud corruptelae suspicionem movet, quod repetitum in fine enunciationis *λέγονται* alienum est ab Aristotelis brevitate dicendi, et si repetatur futurum potius tempus et numerum singularem e superioribus exspectes. Tollitur autem omnis difficultas si vocabuli *λέγονται* ultimam literam paullulum inflectas *τῷ τοὺς λόγους πλείους τοὺς τί ἦν εἶναι λέγοντας.* Cf. *Δ*, 6. p. 1016a33. *ὁ λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι λέγων ἀδιαίρετος πρὸς ἄλλον τὸν δηλοῦντα τί ἦν εἶναι τὸ πρᾶγμα.* *Δ*, 13. p. 1020a18. *ἐν γὰρ τῷ λόγῳ τῷ τί ἐστι λέγοντι.* Bessarionem in textu habuisse *λέγοντας* ex ejus versione vere jam Sylburgius suspicatus est.

α, 1. p. 993b1. (Br. 35, 21.) *ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία τῇ μὲν χαλεπή, τῇ δὲ ῥᾳδία. σημεῖον δὲ τὸ μήτ' ἀξίως μηδένα δύνασθαι τυχεῖν αὐτῆς, μήτε πάντας ἀποτυγχάνειν, ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως κτλ.* Non debebat Bekkerus omittere evidentem Brandisii emendationem, *πάντως* pro *πάντας* conjicientis, quod quum per ipsum sententiae nexum flagitatur, tum antiquitus fuisse in textu e commentario Alexandri apparet, *τὸ μὴ πάντῃ τοὺς περὶ αὐτῆς εἰπόντας ἀποπλανηθῆναι* p. 589b34. *μήτε τινὰ τῶν πάντων ἀποτυγχάνειν αὐτοῦ πάντῃ.* p. 590a2. 7. — Ac facillime committi potuisse errorem in his terminationibus admodum similibus et per se consentaneum est, et plurimis exemplis probatur. Veluti in ethicis Eudemiis bis eadem pagina in iisdem terminationibus librarios errasse

videas, siquidem I, 5. p. 1216a34. *εἰ δεῖ προσάπτειν τῷ ζῆν καλὰς ἡδονάς τινας* pro *καλάς — καλῶς*, et I, 6. p. 1216b30. *τρόπον γέ τινα πάντως* pro *πάντως* contra *πάντας* reponendum videtur. Sed nolo plura afferre ex eo Aristotelis libro, qui adeo depravatus est, ut si multa de conjectura emendaveris, videntur enim satis multa emendari ex ingenio posse, numquam tamen speres vel aliquatenus ad genuinam textus formam te accessurum, nisi quando melioribus codicibus uti nobis contigerit. Redeo ad metaphysica, in quibus similis error leviore etiam emendatione videtur tolli posse *Z*, 1. p. 1028a32. (Br. 128, 28.) *πολλαχῶς μὲν οὖν λέγεται τὸ πρῶτον· ὅμως δὲ πάντων ἡ οὐσία πρῶτον καὶ λόγῳ καὶ γνώσει καὶ χρόνῳ.* Nec quaeritur nec potest omnino quaeri, quot rerum substantia prima sit — omnium enim primum esse oportet id quod est primum — sed quot rationibus, quot modis prima dicatur. Itaque opponenda sibi sunt *πολλαχῶς μέν — ὅμως δὲ πάντως*, ut est in cod. *A*^{b}. Alexander haud scio an idem in textu habuerit; quod enim scribit *κατὰ τοὺς τρεῖς τούσδε τρόπους* p. 739b40. explicare videtur adverbium *πάντως*. — Eadem emendatione utendum arbitror in principio libri decimi *I*, 1. p. 1052a18. (Br. 192, 8.) *Τὸ ἓν — λέγεται πολλαχῶς —· πλεοναχῶς δὲ λεγομένου οἱ συγκεφαλαιούμενοι τρόποι εἰσὶ τέτταρες τῶν πρώτων καὶ καθ' αὑτὰ λεγομένων ἕν, ἀλλὰ μὴ κατὰ συμβεβηκός.* Adjectivum *πρῶτος* interdum apud Aristotelem ita usurpatum videmus, ut notionem cui adposita est ad suam ac primariam vim restringat, veluti *Δ*, 12. p. 1020a5. *ὁ κύριος ὅρος τῆς πρώτης δυνάμεως ἂν εἴη ἀρχὴ μεταβλητικὴ ἐν ἄλλῳ ᾗ ἄλλο.* Sed hoc significatu nusquam, quod ex vi et natura adjectivi facile explices, adjectivum *πρῶτος* cum verbo *λέγεσθαι* conjunctum reperias, *ἡ πρώτη λεγομένη δύναμις*, sed *ἡ πρώτως λεγομένη δύναμις*, i. e. potentia quae primitus hac notione significatur. Cf. *Δ*, 4. p. 1015a13. *ἡ πρώτη φύσις*

καὶ κυρίως λεγομένη. Quare scribendum censeo *τῶν πρώτως καὶ καθ' αὑτὰ λεγομένων ἕν.* Cf. Phys. II, 1. p. 192b22. *πρώτως καθ' αὑτό.* *Δ*, 6. p. 1016b8. *τὰ πρώτως λεγόμενα ἕν.* *Δ*, 16. p. 1022a3. *τὰ πρώτως λεγόμενα τέλεια.* *Θ*, 8. p. 1049b13. *Δ*, 17. p. 1022a17. *τὸ μὲν οὖν πρώτως λεγόμενον καθὸ τὸ εἶδός ἐστι, δευτέρως δέ κτλ.* Item *πρώτως — δευτέρως* Eth. Nic. VIII, 9. p. 1158b31. — *πρώτως — ἑπομένως* *Z*, 4. p. 1030a22. *πρώτως καὶ ἁπλῶς* *Z*, 4. p. 1030a29, b5. *Z*, 5. p. 1031a13. *πρώτως καὶ κυρίως* Eth. Nic. VIII, 5. p. 1157a30.

In examinandis refutandisque superiorum philosophorum sententiis, qua in re multum operae ponit, Aristoteles plerumque eo utitur disputandi genere, ut non tam ips principia unde profecti sint evertat, sed alia quaedam, quae ipsi placitorum auctores non deduxerunt, inde consequi demonstret, atque ita eos, ut ajunt logici, ad absurdum ducat. In explicandis autem iis sententiis, quas concedere eum oporteat, qui illa principia probaverit, interdum utitur ex vulgari Graecae linguae usu modo optativo addita particula conditionali *ἄν*, veluti *M*, 2. p. 1077a27, 30; 4. p. 1079b1. al. Sed multo frequentius de eadem re apud Aristotelem est verbum *συμβαίνειν*, aptissimum profecto ad significanda ea, in quae quis nolens et invitus ac tamen necessario incidat.[1]) Eadem autem vi ac verbum *συμβαίνειν* in hoc disputandi genere futurum indicativi usurpat, veluti *Z*, 8. p. 1033b4. *βαδιοῦνται αἱ γενέσεις εἰς ἄπειρον.* *M*, 7. p. 1082a17. al. Itaque fit ut praecipue futurum verbi substantivi *εἶναι* innumeris prope locis hac vi usurpatum invenias, cf. ut intra eandem paginam consistamus *M*, 7. p. 1081a8, 13, 21, 26, 27, 34. b23, 24, 27. Sed ejus verbi singularis numerus *ἔσται* adeo levi scribendi discrimine a tempore praesenti *ἐστί* vel *ἔστι* distinguitur, ut mirari non possimus, saepe variare libros mscr. ut alii *ἔσται* exhibeant, alii *ἔστι*, praesertim quum significationis discrimen, nisi quis diligentius attenderit, vix ullum esse videatur. Cf. p. 991b14, 999a8, 1001a20, 1003a33, 1006a33, 1007a33. al. Quod autem his aliisque multis locis in aliquot codicibus factum est, ut futurum *ἔσται* et praesens *ἔστι* confunderentur, idem interdum ad omnes eos libros mscr. pertinere videtur, quibus Bekkerus in emendando textu usus est. Sunt certe aliquot loci, in quibus sententiae ratio ita necessario futurum *ἔσται* requirat, praesens *ἔστι* rejiciat, ut illud reponere non debeamus dubitare, licet nulla enotata sit lectionis discrepantia. Huc primum refero locum undecimi libri, ubi quaeritur, utrum unum et ens si summa omnium rerum principia esse censeantur, tamquam res singulares et substantiae poni oporteat necne. *K*, 2. p. 1060b4. (Br. 215, 16.) *εἰ δ' αὖ τις τὰς δοκούσας μάλιστ' ἀρχὰς ἀκινήτους εἶναι τό τε ὂν καὶ τὸ ἓν θήσει, πρῶτον μὲν εἰ μὴ τόδε τι καὶ οὐσίαν ἑκάτερον αὐτῶν σημαίνει, πῶς ἔσονται χωρισταὶ καὶ καθ' αὑτάς; — — εἴ γε μὴν τόδε τι καὶ οὐσίαν ἑκάτερον αὐτῶν δηλοῖ, πάντ' ἐστὶν οὐσίαι τὰ ὄντα.* Duo enunciationis membra, quibus dilemma conficitur, ita sibi inter se respondent, ut necessario tempus futurum sententiae unice aptum, quod est in priore, idem etiam in posteriore requiramus *πάντ' ἔσται οὐσίαι τὰ ὄντα*, eodem modo ac paullo infra legitur *ἔτι πότερον αἱ ἀρχαὶ εἴδει ἢ ἀριθμῷ αἱ αὐταί; εἰ γὰρ ἀριθμῷ πάντ' ἔσται ταὐτά* b30. (Ibi cod *T*. *πάντες εἰσί.*) Fidem emendationi nostrae addit commentarius Alexandri, qui futurum *ἔσται* in textu habuisse videtur *εἰ δέ ἐστιν οὐσία καὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, καὶ*

---

1) Cf. Breier, die Philosophie des Anaxagoras nach Aristoteles. p. 29. „— Der ganze Satz ist nur eine Konsequenz, wodurch Aristoteles seine Gegner aufs Glatteis führt. Das geht auch aus dem Worte *συμβαίνει* hervor, das Aristoteles in solchen Fällen gern gebraucht, wie es denn auch vortrefflich ausdrückt, dass Jemand zu etwas kömmt, ohne es zu merken, und sich Dinge muss gefallen lassen, die er gern ablehnte und an welche er anfangs nicht gedacht hat."

διὰ τοῦτο ἀρχή, πάντα ἔσονται οὐσίαι.[1]) — — *πάντα ὧν ταῦτα κατηγορεῖται οὐσίαι ἔσονται, καὶ ἔσται καὶ τὸ ποιὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ αἱ λοιπαὶ κατηγορίαι οὐσίαι.* p. 793 a 41.

Λ, 6. p. 1071 b 13. (Br. 246, 9.) *ἀλλὰ μὴν εἰ ἔσται κινητικὸν ἢ ποιητικόν, μὴ ἐνεργοῦν δέ τι, οὐκ ἔστι κίνησις· ἐνδέχεται γὰρ τὸ δύναμιν ἔχον μὴ ἐνεργεῖν.* In apodosi pro praesenti tempore futurum *ἔσται* reponendum esse, si ex ipsa protasis forma nondum satis certum videatur, evincitur proximis verbis — *εἰ γὰρ μὴ ἐνεργήσει, οὐκ ἔσται κίνησις. ἔτι οὐδ' εἰ ἐνεργήσει, ἡ δ' οὐσία αὐτῆς δύναμις· οὐ γὰρ ἔσται κίνησις ἀΐδιος.* b 17. (Pro priore *ἔσται* cod. *A*^{b} habet *ἔστι.*) Alexander quoque futurum in textu habuit, quod scribit — *ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται κίνησις· τὸ γὰρ δυνάμενον μὴ ἐνεργῆσαι ἔσται ποτὲ οὐκ ἐνεργοῦν.* p. 802 b 43. — Eadem emendatio afferenda loco proximi libri *M*, 2. p. 1077 a 2. (Br. 261, 16.) *ἔτι ἅπερ καὶ ἐν τοῖς ἀπορήμασιν ἐπήλθομεν πῶς ἐνδέχεται λύειν; περὶ ἃ γὰρ ἡ ἀστρολογία ἐστίν, ὁμοίως ἐστὶ παρὰ τὰ αἰσθητά, καὶ περὶ ἃ ἡ γεωμετρία.* Non ex sua ipsius sententia Aristoteles dicit eas res, ad quas astronomia pertinet, exsistere praeter res sensibiles, pariter ac res mathematicas, sed hoc conficit ex sententia eorum, qui mathematicas res seorsim et absolute exsistere statuant, eaque consequentia utitur ad eosdem refellendos. Itaque e constanti usu Aristotelis scribendum est *ὁμοίως ἔσται παρὰ τὰ αἰσθητά.* Confirmatur haec emendatio quum proximis verbis *ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὀπτικὰ καὶ τὰ ἁρμονικά· ἔσται γὰρ φωνή τε καὶ ὄψις παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα·* — — *καὶ ζῷα ἔσονται* — — *ἔσται οὖν καὶ αὕτη τις ἄλλη οὐσία*, tum eo loco, ad quem ipse Aristoteles respicere nos jubet, quod *ἐν τοῖς ἀπορήμασιν* eam rem se attigisse significat *B*, 2. p. 997 b 16. *ὥστ' ἐπείπερ ἡ ἀστρολογία μία τούτων ἐστίν, ἔσται τις καὶ οὐρανὸς παρὰ τὸν αἰσθητόν.* — Neque

1) Ita verissime Brandisius de conjectura dedit pro *ἀρχαί.*

aliter statuendum videtur de loco libri quarti, quo Aristoteles adversus eos disputat, qui principium contradictionis agnoscere recusent. *Γ*, 4. p. 1007 a 6. (Br. 70, 24.) *εἰ δὲ καὶ τὸ λευκὸν φήσει τὸ αὐτὸ καὶ ἓν σημαίνειν* (sc. *τῷ ἀνθρώπῳ*), *πάλιν τὸ αὐτὸ ἐροῦμεν ὅπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, ὅτι ἓν πάντα ἐστὶ καὶ οὐ μόνον τὰ ἀντικείμενα.* Requiritur enim in ea apodosis parte, qua exponitur, quid ex illa propositione *τὸ λευκὸν τὸ αὐτὸ τῷ ἀνθρώπῳ* consequatur, futurum conditionale *ἓν πάντα ἔσται*, cujus in locum non poterat substitui futurum *ἐροῦμεν.* Conferri potest et is locus, ad quem Aristoteles respicit p. 1006 b 16. *ἐπεὶ οὕτω γε κἂν τὸ μουσικὸν καὶ τὸ λευκὸν καὶ τὸ ἄνθρωπος ἓν ἐσήμαινεν, ὥστε ἓν ἅπαντα ἔσται*, aliique similes *δῆλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἕν.* 1007 b 20. *καίτοι οὕτως ἓν πάντα ἔσται* *Z*, 11. p. 1036 b 20. *οὕτω μὲν γὰρ ἐξ ἁπάντων ἔσται ἓν* *Z*, 12. p. 1037 b 24. al., et interpretatio Alexandri, quem futurum habuisse apparet *εἰ δέ τις λέγοι καὶ τὸ λευκὸν εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι ταὐτὸν σημαίνειν* —, *ἐροῦμεν πάλιν τὸ αὐτὸ ὃ καὶ πρότερον, ὅτι οὕτως ἓν πάντα ἔσται.*

Apodosis in eo genere enunciationum conditionalium, quales nunc tractamus, utrum ipsa confirmandi et contendendi an quaerendi forma pronuncietur, ad nostram rem nihil potest differre. Veluti eo loco, de quo supra disputavimus, *K*, 2. p. 1060 b 1. *εἰ μὴ τόδε τι καὶ οὐσίαν ἑκάτερον αὐτῶν* (sc. *τό τε ὂν καὶ τὸ ἕν*) *σημαίνει, πῶς ἔσονται χωρισταὶ καὶ καθ' αὑτάς;* apodosis interrogandi forma pronunciata idem habet futurum conditionale, ac si sine interrogatione dictum esset *οὐκ ἔσονται χωρισταὶ καὶ καθ' αὑτάς.* Cf. *M*, 7. p. 1081 a 8. *ποῖος γὰρ ἔσται ἀριθμὸς αὐτοάνθρωπος;* b 27. *ἔτι παρ' αὐτὴν τὴν τριάδα καὶ αὐτὴν τὴν δυάδα πῶς ἔσονται ἄλλαι τριάδες καὶ δυάδες.* al. Inde corrigendus erit locus primi libri *Α*, 9. p. 991 b 30. (Br. 31, 23.) *ἔτι δ' ἀναγκαῖον ἕτερόν τι γένος ἀριθμοῦ κατασκευάζειν, περὶ ὃ ἡ ἀριθμητικὴ καὶ πάντα τὰ μεταξὺ λεγόμενα ὑπό τινων*

ἁπλῶς· ἢ ἐκ τίνων ἐστὶν ἀρχῶν; Scribendum vero *ἢ ἐκ τίνων ἔσται ἀρχῶν;* nam idem dicit ac si scripsisset *οὐκ ἔσονται ἀρχαί, ἐξ ὧν αὐτὰ γενέσθαι δυνατόν.* Atque ita proximis verbis rem amplius persequitur *ἢ διὰ τί τὰ* [1]) *μεταξὺ τῶν δεῦρό τ' ἔσται καὶ αὐτῶν;* Alexander non dubito quin in textu Aristotelis legerit *ἐκ τίνων ἔσται* quod scribit *ἢ ἐκ τίνων αὐτοῖς* (ex eorum sententia) *ἀρχῶν ἔσται, εἰ μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν ἐξ ὧν καὶ αἱ ἰδέαι καὶ ὁ εἰδητικὸς ἀριθμός.* p. 579a15.

His quidem locis omnibus, quos proxime excussimus, futurum conditionale erat in apodosi; sed etiam ad protasin simili significatu idem potest transferri. Quod quomodo intelligendum sit facillime apparebit ex loco libri tertii decimi, ubi expositis iis ineptiis, ad quas numerorum incombinabilium auctores deduci possint, addit *ἀνάγκη δ', ἐπείπερ ἔσται τὸ ἓν καὶ ἡ ἀόριστος δυὰς στοιχεῖα* (*M*, 7. p.1081b31.) i. e. oportet vero eos haec concedere, siquidem unum et indefinitam dyadem elementa esse volunt, wenn das Eins und die unbestimmte Zweiheit Elemente sein sollen. Idem futurum in protasi restituendum arbitror *N*, 2. p. 1089a6. (Br. 294, 12.) *ἔδοξε γὰρ αὐτοῖς πάντ' ἔσεσθαι ἓν τὰ ὄντα, εἰ μή τις λύσει καὶ ὁμόσε*

1) *τὰ μεταξύ* adjecto articulo subjectum est enunciationis; at ita desideratur praedicatum omnisque tollitur verborum constructio. Adjiciendo autem subjecto non est opus, quum e superioribus *τὰ μεταξὺ λεγόμενα* cogitando ita repetatur, ut utriusque quaestionis subjectum sit, et prioris *ἢ ἐκ τίνων ἔσται ἀρχῶν;* sc. *τὰ μαθηματικά, τὰ μεταξὺ λεγόμενα*, et posterioris *ἢ διὰ τί μεταξὺ τῶν δεῦρό τ' ἔσται καὶ αὐτῶν* sc. eadem *μαθηματικά.* Itaque scribendum est, ut nunc ipsum dedi cod. A^b secutus, omisso articulo. Neque Alexander articulum in textu Aristotelis reperisse videtur, quod verissime ejus verba sic interpretatur: *πῶς δὲ καὶ ἔτι αὐτοῖς μεταξὺ τὰ μαθηματικὰ ἔσται τῶν τε αἰσθητῶν καὶ τῶν ἰδεῶν ἄλλης ὄντα φύσεως καὶ ἐξ ἄλλων ἀρχῶν; πῶς ἂν ἔτι μεταξὺ εἴη κτλ.* p. 579a17. cf. 22, 23. et Asclep. ibid. b11. *εἰπεῖν δὲ ἔδει αὐτοὺς* (sic scribendum pro *αὐτόν.* cf. b7.) *καὶ δι' ἣν αἰτίαν μεταξύ ἐστιν.* cf. b15.

βαδιεῖται τῷ Παρμενίδου λόγῳ „οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα", ἀλλ' ἀνάγκην [1]) *εἶναι τὸ μὴ ὂν δεῖξαι ὅτι ἔστιν· οὕτω γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος καὶ ἄλλου τινὸς τὰ ὄντα ἔσεσθαι, εἰ πολλά ἐστιν.* Non hoc dicit *si multae sunt res* sed *si probare volunt esse multas, wenn es eine Vielheit geben soll.* Itaque scribendum videtur, sicuti superiore in loco, *εἰ πολλὰ ἔσται.*

III.

Diu haesimus in rebus minutissimis, quum exiguis lineolis modo adjiciendis, modo exstinguendis, modo flectendis ad genuinam scripturam propius accedere studeremus. Videbantur enim in hac literarum medicina corporis medici imitandi, qui lenissima quaeque remedia praeferunt, donec renitente vi morbi graviora afferre corpori cogantur vel denique immedicabile vulnus ense recidendum statuant. Nec dubium quin permultis locis et metaphysici et reliqui Aristotelis libri lenissima mutatione atque ea, quae si caute et perspecte adhibeatur, libero prope editorum arbitrio permittitur, ad pristinam suamque formam restitui possint, dummodo lectores Aristotelis non in eo acquiescant, ut aliquem sensum e verbis philosophi eruant, sed et quomodo ea sententia ex ipsis verbis efficiatur quaerant, et in summa scribendi licentia cerni tamen legem quandam et normam persuasum habeant. Quamquam nec desunt loci, in quibus desperemus vel verum reperiri posse,

1) Bekkerus nominativum *ἀνάγκη* dedit; accusativum, quem unus habet cod. G^b, enunciati conformatio requirit. Pendent enim haec verba ab *ἔδοξε*, quod luculenter apparet e proximis *οὕτω γὰρ ἔσεσθαι.* — Ad *ἀνάγκην εἶναι* cf. *N*, 3. p. 1090b7. *οἴονται εἶναι ἀνάγκην τοιαύτας εἶναι φύσεις.*

nisi melioribus codicibus uti nobis contigerit, vel verosimile divinari, nisi major conjiciendi audacia admittatur. Sed antequam aliquot ejusmodi locos attingamus, qui graviore corruptela laborare videntur, circumspiciendum num quid ex ipsis libris manuscriptis ad emendandum Aristotelis textum convertere possimus. Ac videntur sane in editione Bekkeriana latere quaedam subsidia critica, quae quum ipse editor adhibere ad expoliendum textum dedignatus sit, aliis videtur permittere voluisse. Etenim notum est inesse in libris metaphysicis locos aliquot haud exiguos, qui ita consentiant cum aliis vel eorundem librorum vel physicae auscultationis locis, ut alterum ex altero desumptum esse appareat; quae ratio intercedit inter Met. *Δ*, 2. et Phys. II, 3., et inter Met. *Λ*, 8. et *M*, 4 — 5. Paullo aliter posterior pars libri *K* metaphysicorum cohaeret cum phys. II, 5. — V, 3. Haec mira consensio quomodo exorta sit, et difficillimum et gravissimum est dijudicare; nec praetermiserunt eam quaestionem ii, qui de universa librorum metaphysicorum conformatione et ordine agere susceperunt, sed prout diversam de totius operis ratione et conditione sententiam conceperant, diversis modis eam solvere conati sunt. Nobis quum non id propositum sit, ut librorum metaphysicorum ordinem explicemus, sed ut ad textum emendandum aliquid conferamus, praeterire licet hoc loco quaestionem illam motam magis et praeparatam quam confectam; illud enim potius quaerendum est, num quid ad criticum usum ex illo consensu converti possit; quod quidem inveniri poterit, licet de origine consensionis nondum plane constet.

Met. *Δ*, 2. p. 1013a24. — p. 1014a25. (Br. 87, 24. — 90, 17.) pariter ac phys. II, 3. p. 194b23. — 195b30. de diversa vi et significatione notionis *αἴτιον* disputatur. Quae capita si quis diligenter inter se contulerit, non eam modo consensionem esse animadvertet, qualem exsistere

consentaneum sit, quum scriptor idem eadem de re agat, sed discrimine non majore alterum ab altero differre, quam plerumque ejusdem loci codices. Jam quum metaphysicos libros scriptos esse confectis jam physicis ex ipsis illis manifestum sit [1]), et quum eadem disputatio de vi ac natura caussae in physicis libris cum universa disputatione artissime cohaereat, in metaphysicis vero seorsim et soluta ex hoc sententiarum nexu in indice synonymorum ponatur: admodum probabile, ne dicam apertum est, e physicis libris in metaphysicos locum esse translatum. Sed utut de origine consensus statuitur, non fortuitum eum esse apparet, sed alterum locum ad alterum esse expressum; itaque ad metaphysicorum textum, ubi vel dubitatio oriatur vel corruptela manifesta sit, textum physicorum tamquam lectionis varietatem adhibere, eodemque modo vicissim versari in physicis emendandis non dubitabimus. Plus inde commodi redundare videtur ad sanandum textum metaphysicorum, siquidem physica omnino integriora et emendatiora tradita sunt quam metaphysica.

Ac primum quidem jure mireris, saepius ubi metaphysicorum et physicorum textus vel prorsus idem est, vel non differt nisi rebus levioribus, Bekkerum non eadem distinctione in utroque usum esse, sed aptiore plerumque in physicis, minus apta vel falsa in metaphysicis. Veluti in metaphysicis ita distinctum videmus p. 1013b31. (Br. 89, 13.) *λέγεται γὰρ αἴτια πολλαχῶς καὶ αὐτῶν τῶν ὁμοειδῶν, προτέρως καὶ ὑστέρως ἄλλον ἄλλο.* At ponendum potius, ut est in physicis p. 195a29., comma post *πολλαχῶς*: diversa sunt caussarum genera, sed etiam ipsae eae caussae, quae ex eodem genere sunt, eo inter se differunt, quod altera propior est altera remotior. Hunc vero in modum et

1) Cf. *Α*, 3. p. 983a33; 4. p. 985a12; 5. p. 986b30; 7. p. 988a21; 8. p. 989a24; *Θ*, 8. p. 1049b36; *Λ*, 8. p. 1073a32.

distinxit et interpretatus est locum Alexander ad metaph. p. 691a41. *καὶ ἔστι τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοειδῶν αὐτῶν, τὸ προτέρως καὶ ὑστέρως ἄλλο ἄλλου λέγεσθαι αἰτίον.* quocum consentit Simplicius ad phys. p. 350b21. — Proximis in verbis non probaverim quod et in physicis p. 195a35. et in metaphysicis p. 1014a1. puncto maximo distinctum est. Ea enim quae proxime sequuntur, *καὶ τὰ περιέχοντα,* nihil aliud quam id exponunt, quod verbis *τὰ τούτων γένη* p. 1013b35. significatum est. Quamobrem ab *ἔτι δ' ὡς συμβεβηκὸς* p. 1013b34. ad *ἄνθρωπος ζῷον* p. 1014a3. eandem enunciationem continuandam existimo, quam rationem Brandisius secutus est. Cf. 1013b30—34. et Alex. p. 691b2—9. — Alius locus quamvis non falso, minus tamen apte distinctus est in metaphysicis quam in physicis. p. 1013b5. (Br. 88, 11.) *συμβαίνει δὲ πολλαχῶς λεγομένων τῶν αἰτίων καὶ πολλὰ τοῦ αὐτοῦ αἴτια εἶναι οὐ κατὰ συμβεβηκός, οἷον τοῦ ἀνδριάντος καὶ ἡ ἀνδριαντοποιικὴ καὶ ὁ χαλκὸς οὐ καθ' ἕτερόν τι ἀλλ' ᾗ ἀνδριάς· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον κτλ.* Eadem verba aptius et ad intelligendum accommodatius Bekk. distinxit phys. p. 195a4., quod ante *οὐ κατὰ συμβ.* itemque ante *οὐ καθ' ἕτερον* comma posuit; nec reprehenderim quod illic post *ᾗ ἀνδριάς* non puncto minore, sed commate distinxit. — Diversa ratione distincta legimus eadem verba in metaphysicis p. 1013a29. (Br. 87, 29.) et in physicis p. 194b28. Illic enim scriptum est *τοῦτο* (sc. *τὸ αἴτιον*) *δ' ἐστὶν ὁ λόγος*[1]) *τοῦ τί ἦν εἶναι καὶ τὰ τούτων γένη, οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἓν καὶ ὅλως ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ.* In physicis ante *καὶ ὅλως* comma positum est. Sed neutra distinguendi ratio probari potest. Etenim Aristoteles his verbis formalem caussam triplicem esse significat; referri enim ad caussam formalem

1) Praeferenda videtur lectio in textum physicorum recepta *ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι.* Cf. *Z,* 11. p. 1037a23. *ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι.*

primum eam notionem, quae rei naturam exprimat, *ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι,* deinde ejus notionis genera, *τὰ γένη,* i. e. eas notiones, quibus ipsa subordinata est, tum ejusdem notionis *τοῦ τί ἦν εἶναι* partes, *τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ.* Huic vero partitioni caussae formalis exemplum interponit, quo notio substantialis ejusque genus illustretur, *οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἓν καὶ ὅλως ὁ ἀριθμός.* Intervalli enim diapason notio substanstialis continetur in ea ratione, quae inter unum et duo intercedit; haec autem ratio vel proportio subordinata est universali notioni numeri — adverbio enim *ὅλως* fere a speciali notione ad universalem transitur. Cf. *Δ,* 15. p. 1020b27, 30. *E,* 1. p. 1025b5, 1026a2. *Z,* 8. p. 1033b26. al. Trendelenb. ad Arist. de an. p. 205. Itaque haec verba *οἷον — ἀριθμός* commatis utrinque distinguenda sunt, cf. b33. Praeterea pro *τὰ τούτων γένη* scribendum est *τὰ τούτου γένη,* quod in metaph. unus cod. *E,* in phys. omnes exhibent; nam pronomen demonstrativum referri non potest, nisi ad *ὁ λόγος ὁ τ. τ. η. ε.*[1]) Inde haec exsistet enunciati conformatio *τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι καὶ τὰ τούτου γένη, οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἓν καὶ ὅλως ὁ ἀριθμός, καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ.* Distinctionis et interpretationis nostrae veritatem Alexandri auctoritas confirmare potest. p. 690a13—15.

Jam ad ipsam scripturae discrepantiam, quae inter physica et metaphysica intercedit, excutiendam et examinandam accedamus. Met. p. 1013b9. (Br. 88, 17.) *καὶ ἀλλήλων αἴτια, οἷον τὸ πονεῖν τῆς εὐεξίας καὶ αὕτη τοῦ πονεῖν.* Phys. p. 195a8. *ἔστι δέ τινα καὶ ἀλλήλων αἴτια κτλ.* Lectio metaphysicorum non est sane manifesta vitii; fieri enim

1) Si pluralis *τούτων* retinendus videatur, distinctione mutata enunciatio ita est emendanda, ut verba *ὁ λόγος ὁ τ. τ. η. ε.* in parenthesi ponantur: *τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα (τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι) καὶ τὰ τούτων γένη.*

potest, ut ad ἀλλήλων αἴτια, quod est praedicatum, subjectum πολλά e superiore enunciatione συμβαίνει δὲ — πολλὰ τοῦ αὐτοῦ αἴτια εἶναι repetatur. Sed quum Alexander ad Met., ubi brevissime rem explicat et ad ipsa Aristotelis verba proxime accedit, haec habeat: ἔστι δὲ καὶ ἀλλήλων τινὰ αἴτια p. 690b12, verisimilius certe est, excidisse in metaphysicis illa verba ἔστι δέ τινα in principio enunciati. — Met. p. 1013b14. (Br. 88, 22.) οἷον τὴν ἀπουσίαν τοῦ κυβερνήτου (sc. αἰτιώμεθα) τῆς ἀνατροπῆς, οὗ ἦν ἡ παρουσία αἰτία τῆς σωτηρίας. Phys. 195a13. τῆς τοῦ πλοίου ἀνατροπῆς. Et per se admodum durum est, non significari eam rem, cujus vel evertendae vel servandae gubernator auctor sit, et e lectione unius cod. Met. H^b ἀνατροπῆς τοῦ πλοίου οὗ apparet transposita haec vocabula τοῦ πλοίου facile deinde potuisse propter terminationum similitudinem excidere. Restituenda igitur e physicis videntur in metaphysica. — Met. p. 1013b17. (Br. 88, 25.) ἅπαντα δὲ τὰ νῦν εἰρημένα αἴτια εἰς τέτταρας πίπτει τρόπους τοὺς φανερωτάτους. In physicis p. 195a15. miror pro τρόπους ex uno cod. *E*, quum tres omnino collati sint, in textum receptum esse τόπους. Nam commentatores in textu physicorum habuisse τρόπους manifestum est, cf. Themist. ad phys. p. 350a33. sqq. Simpl. ad phys. p. 350b17. sqq. et f. 71b., ac praeterea τρόπος adeo frequens est et usitatum Aristoteli ubi diversas ejusdem notionis significationes ad genera quaedam redigit, ut τρόπους, licet minus confirmetur auctoritate librorum scriptorum, vix dubitaveris de conjectura restituere. Cf. ex eodem capite praecipue Met. p. 1013b29. τρόποι δὲ τῶν αἰτίων ἀριθμῷ μέν εἰσι πολλοί, κεφαλαιούμενοι δέ κτλ., *I*, 1. p. 1052a17. πλεοναχῶς δὲ λεγομένου οἱ συγκεφαλαιούμενοι τρόποι εἰσὶ τέτταρες, et ἕνα μὲν τρόπον — ἄλλον τρόπον in quovis fere capite libri quinti. — Met. p. 1013b25. (Br. 89, 6.) τὰ δ' ἄλλα (sc. αἴτιά ἐστιν) ὡς τὸ τέλος καὶ τἀγαθὸν τῶν ἄλλων. In physicis p. 195a23. e duobus codd. *FJ* Bekk. dedit τὰ δ' ὡς τὸ τέλος omisso ἄλλα, quod etiam in duobus codd. Met. A^b F^b deest. Et omittendum esse, sicuti omisit Brandisius in edit., quum ex enumerandi ratione verisimile est τὰ μέν —, τὸ δέ —, τὰ δέ —, tum inde comprobatur quod Alexander, ubi ipsa Aristotelis verba affert, ἄλλα non habet. „τὰ δὲ ὡς τὸ τέλος καὶ τἀγαθὸν τῶν ἄλλων." τὸ ἀκόλουθόν ἐστιν, τὰ δὲ ὡς τὸ τέλος τῶν ἄλλων καὶ τἀγαθόν. p. 691a15. — Met. p. 1014a4. (Br. 89, 23.) ἔστι δὲ καὶ τῶν συμβεβηκότων ἄλλα ἄλλων πρότερον καὶ ἐγγύτερον. Codd. A^bF^b exhibent πορρώτερα καὶ ἐγγύτερα, quod Brand. recepit, codd. EH^b πορρώτερον καὶ ἐγγύτερον. In physicis p. 195b2. e consensu codd. Bekk. exhibuit πορρώτερον καὶ ἐγγύτερον. Et hoc quidem unice verum esse ex ipsa notionum vi ac natura apparet; opposita enim sunt non aliter in philosophicis rebus quam reliquis omnibus πρότερον ὕστερον, πορρώτερον ἐγγύτερον. Accedit quod veteres commentatores et physicorum et metaphysicorum unice hanc lectionem interpretantur. Cf. Philopon. ad phys. p. 350b27. Simpl. f. 72a. Alex. ad Met. p. 691b12, 16, 25. — Met. p. 1014a7. (Br. 89, 26.) παρὰ πάντα δὲ καὶ τὰ οἰκείως λεγόμενα καὶ τὰ κατὰ συμβεβηκός, τὰ μὲν ὡς δυνάμενα λέγεται τὰ δ' ὡς ἐνεργοῦντα. Non id agit Aristoteles ut discrimen proponat, quod exsistat praeter omnia ea quae antea significavit, sed quod ad omnia pertineat. Exstinguenda igitur praepositio παρά, quae deest in phys. p. 195b3. codd. omnibus, praeter unum cod. *J*, cujus corruptela in metaphysicis latius videtur serpsisse. Alexander ad h. l. quod scribit p. 691b17. ἐκτίθεται δὲ τρόπον διαφορὰν ἐν τοῖς αἰτίοις καθολικήν legisse videtur πάντα, non παρὰ πάντα. — Met. p. 1014a11. (Br. 90, 2. 3.) ὁμοίως δὲ λεχθήσεται καὶ ἐφ' ὧν αἴτια τὰ αἴτια τοῖς εἰρημένοις, οἷον τοῦδε τοῦ ἀνδριάντος ἢ ἀνδριάντος ἢ ὅλως εἰκόνος, καὶ χαλκοῦ τοῦδε ἢ χαλκοῦ ἢ ὅλως ὕλης. In physicis p. 195b8. quod utroque loco pro ἢ exhibetur ἤ sine dubio verum est. Etenim adscenditur ab inferiore notione ad su-

periorem, a specie ad genus, a singulari hac et definita statua ad statuam universali notione atque inde ad imaginem. Apte rem explicuit Alex. *ὅδε* (sic scribendum pro *ὁ δὲ*) *ἀνδριὰς προσεχέστερον αἰτιατὸν τοῦ ἁπλῶς καὶ κοινῶς ἀνδριάντος, καὶ πάλιν ἀνδριὰς εἰκόνος, καὶ γὰρ ἡ εἰκὼν τοῦ ἀνδριάντος κοινότερον.* p. 691b27. b38. cf. Met. *Z*, 8. p. 1033b26. — Met. p. 1014a19. (Br. 90, 11.) *ἔτι ὡς ἐνεργοῦντα ἢ κατὰ δύναμιν.* Cod. *A*b: *πάντα δὲ ὡς.* — Phys. p. 195b16. *πάντα δὲ ἢ ἐνεργοῦντα ἢ κατὰ δύναμιν.* Quoniam discrimen potentiae et actus non ita accedit ad reliquas caussae diversitates, ut iis coordinatum sit, sed omnes complectitur et ad omnes pertinet, unice apta est lectio *πάντα δέ*, et e physicis probata et Alexandri auctoritate confirmata p. 692a21.

Elegimus ex universa scripturae varietate potiores tantum locos, in quibus vel ex sententiarum ratione et serie, vel ex veterum interpretum commentariis certo dijudicari possit, utra lectio verior sit; reliqua quae ita sunt comparata, ut haud facile dijudices utrum physicorum an metaphysicorum lectionem praeferas, an utriusque diversitatem servandam censeas, nolumus uberius persequi. Etenim de his rebus levioribus, quae ad perpoliendum textum Aristotelis pertinent, tum demum via ac ratione disputari poterit, quum editori Aristotelis, cui plurimis auxiliis criticis uti contigit, exponere placuerit, quae sit singulorum librorum mscr. fides et auctoritas, unde ad aliquam certe perveniamus textus Aristotelici historiam.

Eadem ratione, ut leviores scripturae discrepantias transmittamus et eas unice examinemus, quae ad sententiam mutandam pertineant, versandum videtur in ea parte metaphysicorum, quae bis diversis in libris tantum non iisdem verbis legitur. Notum enim ea, quae primo libro *A*, 9. p. 990b2 — p. 991b9. (Br. 28, 9—30, 29.) de ideis adversus Platonem et Platonicos philosophos disputantur, ita ad verbum consentire cum libro tertio decimo *M*, 4. p. 1078b34 — 5. p. 1080a8. (Br. 266, 24—269, 25.), ut nec fortuita consensio esse possit, neque ea in quam sponte incidat scriptor quum de eadem re iterum disserat, sed ipsa verba ex altero loco ad alterum translata esse appareat. Hac igitur consensione nolumus ita abuti, ut omnem verborum discrepantiam tollere et utrumque locum etiam invitis libris mscr. exaequare audeamus, sed ubi dubitatio aliqua e lectione alterius libri orta per codices ejusdem expediri non poterit, alterius libri scriptura adhibenda videtur, si quid inde auxilii peti possit. Eundem in modum hanc discrepantiam tractavit Trendelenburgius de ideis etc. p. 22—24, et tribus de locis ita disputavit, ut ei non possimus non assentire. Nam primum quidem quod brevem illam disputationis partem, quae peculiaris libro tertio decimo desideratur in primo p. 1079b3—11., excidisse primo libro suspicatur, siquidem et Aristotelis argumentandi rationem referat et artissime cum reliquis cohaereat, magnam certe veri speciem habet. Mature sane haec corruptela irrepsisse in textum statuenda erit; namque in iis commentariis, qui Alexandri nomine feruntur, distincte adnotatur p. 817b8. unice haec verba peculiaria esse libro XIII, reliquorum interpretationem petendam esse e commentariis ad librum primum scriptis. Sed depravationem non minorem pluribus locis jam antiquitus inhaerere textui Aristotelico infra videbimus. — Quod de altero loco p. 1079a17. Trendelenburgius judicavit, comprobatum est et confirmatum Bekkeri editione, qui eum sic exhibuit *καὶ τούτου τὸ πρός τι καὶ τοῦτο τοῦ καθ' αὑτό.* — De tertio denique loco, qui est in principio disputationis de ideis *M*, p. 1079a2. *καθ' ἕκαστόν τε γὰρ ὁμώνυμόν ἐστι καὶ παρὰ τὰς οὐσίας, τῶν τε ἄλλων ἕν ἐστιν ἐπὶ πολλῶν* illud videtur vere statuere, non esse post *ἄλλων* inserendum *ὧν*, ut exhibetur *A*, p. 990b7. Neque codicum auctoritate magnopere ea lectio

adjuvatur; namque *ὧν* in uno cod. *A^b* reperitur, Alexandrum autem, si ejus commentarium contuleris, modo *ἄλλων ὧν ἕν*, modo *ἄλλων ἃ ἕν*, modo *ἄλλων ἕν* legisse existimes. Confecta autem et absoluta nondum videri potest loci emendatio, nisi *τε* post *τῶν* expunxeris. — Sed etiam praeter hos restant aliquot loci, de quibus paucis dicendum videtur. Ac primum quidem *M*, 5. p. 1079 b 15. *A*, 9. p. 991 a 12., quum utriusque loci scriptura in libris manuscriptis eadem sit, mirum in modum Bekkerus modo sequitur modo negligit codicum auctoritatem. Sic enim exhibetur locus libr. XIII. *πάντων δὲ μάλιστα διαπορήσειεν ἄν τις τί ποτε συμβάλλονται τὰ εἴδη ἢ τοῖς ἀϊδίοις τῶν αἰσθητῶν ἢ τοῖς γιγνομένοις καὶ [τοῖς]* [1]) *φθειρομένοις· οὔτε γὰρ κινήσεώς ἐστιν οὔτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς αἴτια αὐτοῖς. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πρὸς τὴν ἐπιστήμην οὐθὲν βοηθεῖ τὴν τῶν ἄλλων. οὔτε γὰρ οὐσία ἐκεῖνα τούτων (ἐν τούτοις γὰρ ἂν ἦν)· οὔτ' εἰς τὸ εἶναι, μὴ ἐνυπάρχοντά γε τοῖς μετέχουσιν.* Tribus potissimum rationibus Aristoteles docet, nihil omnino pertinere ideas ad res sensibiles, quod neque mutationem efficiant, neque cognitionem rerum sensibilium adjuvent, neque ad earum exsistentiam quidquam conferant. Hae igitur tres rationes, quarum argumenta paucis verbis interpositis Aristoteles significat, ita sunt particulis conjungendae, ut apte sibi respondeant. Itaque pro *οὐδὲ πρὸς* scribendum *οὔτε πρὸς*, pro *οὔτε γὰρ — οὐδὲ γὰρ*, quemadmodum Bekkerus primo libro invitis codicibus exhibuit. Aptius etiam illic parenthesis signa ita posuit, ut universa enunciatio *οὐδὲ γὰρ — ἂν ἦν* inserta esse censeatur. — Paullo post ea verba, quae nunc ipsum attu-

1) Omittendus articulus, namque opponuntur sibi *τὰ ἀίδια* et *τὰ γιγνόμενα καὶ φθειρόμενα*, cf. Alex. p. 571 a 18. — Bekkerus in primo libro quum plurimi codd. articulum habeant, eum omittit, in tertio decimo, quum duo cod. omittant, eundem retinet.

limus, Aristoteles Platonicos nihil aliud quam nugari dicit et metaphoris poeticis abuti, quod ideas quasi quaedam exemplaria esse statuant, quorum ad similitudinem res singulares factae sint. *τί γάρ ἐστι τὸ ἐργαζόμενον πρὸς τὰς ἰδέας ἀποβλέπον; ἐνδέχεταί τε καὶ γίγνεσθαι ὁτιοῦν καὶ μὴ εἰκαζόμενον, ὥστε καὶ ὄντος Σωκράτους καὶ μὴ ὄντος γένοιτ' ἂν οἷον Σωκράτης.* Ex ipso sententiae nexu et maxime ex exemplo quo rem illustrat, posse aliquem esse talem qualis Socrates, sive sit ipse Socrates sive non sit, excidisse aliquid apparet in verbis superioribus *ἐνδέχεται — εἰκαζόμενον*. Dici enim oportet: fieri potest ut aliquid simile sit alteri rei, licet non ad ejus similitudinem factum sit. Quod ipsum quum legatur libro primo *ὅμοιον ὁτιοῦν* *A*, 9. p. 991 a 24, et quum *ὅμοιον* propter similitudinem proximi vocabuli facile obliterari potuerit, non dubitabimus *ὅμοιον* illinc huc etiam transferre. Pro *οἷον* libro primo p. 991 a 26. legitur *οἷόςπερ*, aptius profecto, et haud scio an hoc loco *οἷος* certe restituendum sit. — Jam vero his verbis Aristoteles pergit *ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι κἂν εἴη ὁ Σωκράτης ἀΐδιος, ἔσται τε πλείω παραδείγματα τοῦ αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἴδη, οἷον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον καὶ τὸ δίπουν, ἅμα δὲ καὶ αὐτοάνθρωπος.* Dedimus haec verba sicuti libr. XIII. exhibentur p. 1079 b 30. (Br. 269, 9.); primi libri scriptura p. 991 a 26, si omittimus articulum illic ante *αὐτοάνθρωπος* positum, eo praecipue differt, quod pro *κἂν εἴη* scriptum est *κἂν εἰ ἦν*. Sed utram lectionem alteri praetuleris, nullo modo inveniri poterit, quomodo priora verba *ὁμοίως — ἀΐδιος* et posteriora *ἔσται — αὐτοάνθρωπος* inter se cohaereant. Nam plura exemplaria ejusdem rei statuere idearum auctores eo adiguntur, quod notiones universales tamquam res singulares absolute ac per se esse censent, neque vero quod iis aeternitatem tribuunt. Exemplarium ejusdem rei multitudo nihil omnino pertinet ad idearum aeternitatem, neque magis verba *ἔσται*

τε κτλ. ad *ὁμοίως* ita referri possunt, ut una enunciatione contineantur. Distinguendum puncto maximo ante *ἔσται*, et verba *ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι κἂν εἰ ἦν ὁ Σωκράτης ἀΐδιος* cum superiore enunciatione conjungenda; tum praeferendam esse lectionem libri primi *εἰ ἦν*, ab altera lectione una tantum literula discrepantem, legenti facile apparebit; quamquam haud scio an genuinum fuerit id quod neutro loco integrum servatum est *εἰ εἴη*. Inde hunc in modum enunciatio conformanda videtur: *ἐνδέχεταί τε καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι ὅμοιον ὁτιοῦν καὶ μὴ εἰκαζόμενον, ὥστε καὶ ὄντος Σωκράτους καὶ μὴ ὄντος γένοιτ' ἂν οἷος Σωκράτης, ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι κἂν εἰ εἴη ὁ Σωκράτης ἀΐδιος.* Quorum haec fere est sententia: si qua res alteri rei similis est, propterea nondum est censenda ad ejus similitudinem facta esse, nisi exstiterit, qui eam respiciens ad alteram tamquam ad exemplar effinxerit. Veluti si Theaetetus similis est Socrati, non censendus est propterea ad similitudinem Socratis conformatus esse. Eadem vero ratio est, si statuantur ideae tamquam res aeternae, veluti Socrates aeternus; licet enim res sensibiles iis similes sint, non consequitur inde, ut illae harum caussae sint. — Distinctio quam praecepi peti poterat e commentariis Alexandri, qui hunc locum apte interpretatur p. 574b4—13, et manifesto enunciationem *ἔσται τε* a superioribus distinctione maxima sejungit; satis enim amplam disputationem inter horum et illorum verborum interpretationem interponit p. 574b14—575a32. Ex eodem commentario Alexandri confirmari videtur lectio codicum tantum non omnium *ἐνδέχεται γὰρ καὶ γίγνεσθαι*, cui miror Bekkerum lectionem unius codicis *A*[b] praetulisse *ἐνδέχεταί τε*, quum particulam caussalem ratiocinandi nexui multo aptiorem esse appareat. Cf. Alex. p. 574b5. — Sed licet mutata distinguendi ratione aliquid lucis huic loco me attulisse confidam, non dixerim tamen eum omni dubitatione exemptum esse. Quorsum enim spectare dicamus

proximum enunciatum, quod a superiore puncto distinximus: *ἔσται τε πλείω παραδείγματα τοῦ αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἴδη, οἷον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον καὶ τὸ δίπουν, ἅμα δὲ καὶ αὐτοάνθρωπος. ἔτι οὐ μόνον τῶν αἰσθητῶν παραδείγματα τὰ εἴδη, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν* [1]), *οἷον τὸ γένος τῶν ὡς γένους* [2]) *εἰδῶν· ὥστε τὸ αὐτὸ ἔσται παράδειγμα καὶ εἰκών.* *M*, p. 1079b31—34, *A*, p. 991a27—31. Nimirum hoc demonstrare Aristoteles instituit, ad generationem et ad exsistentiam rerum sensibilium ideas nihil pertinere; quod autem plura ejusdem rei exemplaria atque ipsarum etiam idearum ideas e Platonicorum sententia ponendas esse docet, id quum omnino ad idearum doctrinam examinandam referatur, ad hanc tamen propositionem nihil facere potest. Quare suspicor perperam haec verba aliunde intrusa esse, quam quidem sententiam id videtur confirmare, quod Alexander tradit p. 575a40. „*ἔσται — εἴδη.*" *αὕτη ἡ λέξις ἕως τοῦ ἔτι δόξειεν ἂν ἀδύνατον εἶναι ἔν τισιν οὐ φέρεται· διὸ οὐδὲ ὑπεμνηματίσαντο αὐτήν.* Nec tamen quidquam pro certo contendere ausim.

Singulari quadam ratione longeque diversa ab iis partibus, de quibus nunc disputavimus, compositus est undecimus metaphysicorum liber *K*, ut non mireris hoc potissimum in libro aestimando et dijudicando eos in diversa

---

1) *τῶν ἰδεῶν* add. lib. *A*.

2) Pro *τὸ γένος τῶν ὡς γένους εἰδῶν* primo in libro scriptum est *τὸ γένος ὡς γένος εἰδῶν*. Illud quum ad intelligendum facilius sit inde etiam majorem arbitror fidem accipere, quod idem Alexander in textu primi libri habuisse videtur, quum scribat *τὸ γὰρ γένος τῶν αὐτοῦ εἰδῶν ἔσται παράδειγμα* p. 575b28., praeterea cf. Met. *Z*, 12. p. 1038a5. *εἰ οὖν τὸ γένος ἁπλῶς μή ἐστι παρὰ τὰ ὡς γένους εἴδη.* *I*, 7. p. 1057b7. *τὰ ἐναντία εἴδη ὡς γένους.* *I*, 8. p. 1058a22. *τῶν ὡς γένους εἰδῶν.* *M*, 9. p. 1085a24. *ὅπερ ἐπὶ τῶν εἰδῶν τῶν ὡς γένους συμβαίνει διαπορεῖν.* Additis his verbis *ὡς γένους* Aristoteles distinxisse videtur *εἶδος*, ubi speciem tamquam partem generis significat, ab idea sensu Platonico.

prorsus abiisse, qui de totius operis origine et compositione sententias protulerunt. Etenim priora capita libri *K*, 1—8. p. 1065 a 25. et rerum tractatarum natura et ordine et ratiocinandi modo in universum consentiunt cum libris *B*, *Γ*, *E*, ita tamen ut dubium videatur, utrum excerpta ex his libris dicas, an easdem res ab eodem scriptore illic uberius, hic brevius et concisius tractatas, quamquam hoc quidem longe est probabilius. Sed posterior pars libri *K*, a p. 1065 a 27. usque ad finem p. 1069 a 14. manifesto translatus est e libris physicis; quare in iis commentariis, qui Alexandro adsignantur, haec adnotata videmus ad p. 1065 a 27. *μέχρι δὴ τῶν ἐνταῦθα ἡμῖν ἐξηγητέον τὰ τοῦ παρόντος βιβλίου· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ „τύχη δέ ἐστιν ὅταν τι τούτων γένηται κατὰ συμβεβηκός" ἕως τοῦ τέλους τὰ αὐτά ἐστιν ἀπαραλλάκτως τοῖς ἐν τῇ Φυσικῇ Ἀκροάσει λεγομένοις, καὶ δεῖ τούτων τὴν σαφήνειαν ἐκ τῶν εἰς ἐκεῖνα ὑπομνημάτων πορίζεσθαι.* Neque vero eodem modo consentit posterior pars libri undecimi cum physicis, quo eos locos inter se concinere vidimus, quos antea comparavimus; nam verba quidem, quae in undecimo libro metaph. exhibentur, eadem vel prope eadem in physicis reperiuntur, sed hinc illuc ita sunt translata, ut omittatur quidquid salvo omnino sensu deesse possit, licet durior exsistat oratio, omittantur saepissime eae particulae, quae orationi conjungendae et distinguendae inserviunt, omittantur etiam saepius rerum rationes et argumenta, unice summa rei retenta. Qua quidem ratione quantum effectum sit ad disputationem in brevius contrahendam, quamquam haud pariter brevitati studuit quicunque hanc epitomen confecit, vel ex ipsis utriusque libri paginis comparatis aliquantum cognosci poterit. De casu Met. *K*, p. 1065 a 27 — b 1, Phys. II, 5. p. 197 a 5 — 27. et Met. p. 1065 b 1 — 4, Phys. II, 6. p. 198 a 5 — 13; de potentia et actu Met. p. 1065 b 5 — p. 1066 a 34, Phys. III, 1—3, p. 200 a 26 — 202 a 21; de infinito Met. p. 1066 a 35 — 1067 a 33, Phys. III, 4. 5. p. 204 a 3 — 206 a 8. et Met. p. 1067 a 33 — 37, Phys. III, 7. p. 207 b 21 — 25; de mutatione Met. p. 1067 b 1 — 1068 b 25, Phys. V, 1. 2. p. 224 a 21 — 226 b 16; definitiones notionum *ἅμα*, *ἑξῆς*, *μεταξύ*, *συνεχές* Met. p. 1068 b 26 — p. 1069 a 14, Phys. V, 3. p. 226 b 18 — p. 227 a 31. Quae quum ita sint nemo in animum inducere potest physicorum locis significatis ita uti, ut si quid in iis aptius et accuratius expositum sit, difficilius vero et obscurius in metaphysicis, haec ex illis corrigere et utrumque exaequare suscipiat. Attamen sicuti explicatio posterioris partis libri *K* petenda est e physicis, ita ubi manifesta cernitur corruptela, e physicis, unde ea translata esse apparet, certissimam repetere poterimus medelam. Et hac quidem ratione videamus si quid nobis contigerit ad emendandum textum libri *K* conferre.

K, 10. p. 1066 b 2. (Br. 232, 5.) Investigatur natura infiniti, *τοῦ ἀπείρου*. *χωριστὸν μὲν δὴ αὐτό τι ὄν, αἰσθητὸν δ' οὐχ οἷόν τ' εἶναι.* Num infinitum sensu percipi possit (*αἰσθητόν*), omnino non quaeritur, sed num absolute per se exsistere censendum sit necne. Itaque si unice hujus loci nexum spectaveris, praeferenda videbitur lectio cod. *E*, qui *αἰσθητὸν δ'* omittit; sed aliam emendandi viam monstrat locus e physicis p. 204 a 8. *χωριστὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ ἄπειρον τῶν αἰσθητῶν, αὐτό τι ὂν ἄπειρον, οὐχ οἷόν τε.* Inde illic pro *αἰσθητὸν δ'* scribendum erit *τῶν αἰσθητῶν*.

K, 10. p. 1066 b 30. (Br. 233, 9.) Infinitum non posse esse corpus compositum. *δεῖ γὰρ ἰσάζειν τἀναντία καὶ μὴ εἶναι ἓν αὐτῶν ἄπειρον· εἰ γὰρ ὁπωσοῦν λείπεται ἡ θατέρου σώματος δύναμις, φθαρήσεται ὑπὸ τοῦ ἀπείρου τὸ πεπερασμένον.* Pro *ὁπωσοῦν* cod. *E*, cui haud immerito magnam tribueris auctoritatem, habet *ὁτωοῦν*, quod dubito num ex *ὁπωσοῦν* negligentia corruptum sit. Quum enim non id quaeratur, quomodo vel qua ratione alterum elementum superetur, sed quo vel quanto inferius sit, multo

est aptius ὁτῳοῦν quam ὁπωσοῦν, nisi potius ipsa lectio physicorum recipienda est, ὁποσῳοῦν Phys. 204 b 15, quae quam facile potuerit in ὁπωσοῦν depravari vel inde apparet, quod in physicis major pars codicum exhibet ὁπωσοῦν. — Ejusdem infiniti natura ut accuratius perspiciatur, neque simplex illud esse, neque exsistere praeter prima rerum elementa demonstrat. *K*, 10. p. 1067 a 1. (Br. 233, 18.) οὐδὲ ἓν δὲ καὶ ἁπλοῦν ἐνδέχεται τὸ ἄπειρον εἶναι σῶμα, οὔθ' ὡς λέγουσί τινες, παρὰ τὰ στοιχεῖα ἐξ οὗ γεννῶσι ταῦτα (οὐκ ἔστι γὰρ τὸ τοιοῦτο σῶμα παρὰ τὰ στοιχεῖα· ἅπαντα γὰρ ἐξ ὧν ἐστὶ καὶ διαλύεται εἰς ταῦτα, οὐ φαίνεται δὲ τοῦτο περὶ τὰ ἁπλᾶ σώματα), οὐδὲ πῦρ οὐδ' ἄλλο τι τῶν στοιχείων οὐθέν. Pro περὶ τὰ ἁπλᾶ in cod. *A*ᵇ est παρά, quod non dubito quin praeferendum sit. Ita enim philosophus argumentatur. Sunt qui praeter prima rerum elementa naturam infiniti ponant, ut ex qua procreent elementa. At non est infinitum praeter elementa. Quum enim omnia, ex quibus composita sunt, in eadem vicissim dissolvantur, apparere oporteret infinitum illud, quo redeant illa rerum elementa. At nihil apparet, nihil experientia cognoscitur praeter elementa. — Commendatur autem et comprobatur lectio cod. *A*ᵇ eo physicorum loco, unde haec excerpta sunt p. 204 b 33. ἅπαντα γὰρ ἐξ οὗ ἐστί, καὶ διαλύεται εἰς τοῦτο, ὥστε ἦν ἂν ἐνταῦθα παρὰ ἀέρα καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· φαίνεται δ' οὐδέν.

K, 10. p. 1067 a 8. (Br. 233, 27.) καὶ ὁ αὐτὸς τόπος ὅλου καὶ μορίου, οἷον γῆς. Sive totum sive partem scriptor per γῆ significare voluit, deest alterum comparationis membrum. Conferenti phys. p. 205 a 12. apparet excidisse καὶ βώλου μιᾶς, ut sit ὅλου καὶ μορίου, οἷον γῆς καὶ βώλου μιᾶς. Cf. Met. p. 1067 a 11. οἷον εἰ βῶλος εἴη, unde vel conjectando aliquis ad hanc emendationem pervenire possit.

K, 11. p. 1067 b 8. (Br. 235, 7.) ἔστι δέ τι τὸ κινοῦν πρῶτον· ἔστι δέ τι τὸ κινούμενον ἔν τινι χρόνῳ καὶ εἰς ὅ.

Apparet non posse conjungi ἔν τινι χρόνῳ cum ἐξ οὗ καὶ εἰς ὅ ita ut coordinata sint, sed dicendum fuisse καὶ ἔκ τινος καὶ εἴς τι. Itaque ad veritatem propius accedunt codd. *ET*, qui pro ἔν τινι exhibent ἔτι ἐν ᾧ. Sed genuina lectio repetenda est e physicis V, 1. p. 224 a 34. ἔστι δέ τι τὸ κινούμενον, ἔτι ἐν ᾧ, ὁ χρόνος, καὶ παρὰ ταῦτα ἐξ οὗ καὶ εἰς ὅ. Inde restituendum in metaphysicis — τὸ κινούμενον, ἔτι ἐν ᾧ, ὁ χρόνος, καὶ ἐξ οὗ καὶ εἰς ὅ.

K, 12. p. 1068 b 23. (Br. 238, 18.) Enumeratur quot modis aliquid dicatur immobile, ποσαχῶς λέγεται ἀκίνητον. τὸ δὲ ἀκίνητον τό τε ὅλως ἀδύνατον κινηθῆναι καὶ τὸ μόλις ἐν χρόνῳ πολλῷ ἢ βραδέως ἀρχόμενον, καὶ τὸ πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι, μὴ δυνάμενον δὲ ὅτε πέφυκε καὶ οὗ καὶ ὥς. Prorsus absurdum est si quid dicatur πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι, μὴ δυνάμενον δὲ κινεῖσθαι; nam πεφυκὸς κινεῖσθαι nihil aliud est quam τῇ φύσει δυνάμενον κινεῖσθαι. Ut igitur sensus aptus restituatur conjecerit quispiam πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι, μὴ κινούμενον δέ, neque id improbabile. Sed quod multo est verisimilius et corruptelae originem facilius explicat, petendum e physicis V, 2. p. 226 b 13. τὸ πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι καὶ δυνάμενον, μὴ κινούμενον δέ.

K, 12. p. 1068 b 29. (Br. 238, 25.) μεταξὺ δ' εἰς ὃ πέφυκε πρότερον ἀφικνεῖσθαι τὸ μεταβάλλον ἢ εἰς ὃ ἔσχατον μεταβάλλει κατὰ φύσιν τὸ συνεχῶς μεταβάλλον. Ultima vocabula συνεχῶς μεταβάλλον non possunt subjecti locum obtinere, sed definiendo accuratius subjecto inserviunt: intermedium illud est, ad quod id quod mutatur, siquidem continuo mutatur, prius pervenit quam ad ultimum mutationis finem (ἢ εἰς ὃ ἔσχατον μεταβάλλει). Praeferenda igitur lectio codd. *ET*, qui articulum ante συνεχῶς omittunt, consentientes cum physicis V, 3. p. 226 b 25, ubi nulla omnino lectionis discrepantia exhibetur κατὰ φύσιν συνεχῶς μεταβάλλον.

IV.

Veteres Aristotelis commentatores quantum ad intelligendos explicandosque philosophi libros valeant, neminem fugit qui in ejus philosophia cognoscenda studium et operam posuerit. Licet enim neque explicationem neque judicium eorum ubique probaveris et saepe disserendi verbositate fatigeris, adeo tamen in universam Aristotelis cogitandi disputandique rationem sese insinuaverunt, et interdum iis etiam libris uti potuerunt, qui ad nostram aetatem non pervenerunt, ut vix meliores duces ad contrahendam cum Aristotele familiaritatem invenias. Summam igitur gratiam omnium eorum, qui in investiganda Graecorum philosophia versantur, Brandisius meritus est, quod recepta in se altera parte edendi Aristotelis collectis quotquot ubique reperiri poterant veteres in Aristotelem commentarii et multa nunc primum evulgavit, quae adhuc in libris manuscriptis latebant, et quae nota erant denuo edendo et gravissima quaeque excerpendo faciliora aditu et usu fructuosiora reddidit. Sed quum praeclarissime editores collocandam in Aristotele operam, quae unius hominis vires ingeniumque superaret, ita inter se partiti esse videantur, ut alter acumine et sagacitate in excutiendis conferendis aestimandis libris manuscriptis, alter doctrinae copia et singulari Graecae philosophiae scientia in colligendis excerpendisque scholiis usus, suam uterque partem ad restituendum nostra aetate studium Aristotelis conferrent: illud tamen magnopere doleas, quod quae seorsim uterque eruit ita conferre et conjungere omiserunt, ut e scholiis et commentariis veterum aliquis etiam ad emendandum textum Aristotelis fructus redundaret. Quantum enim vel in dijudicandis diversis codicum lectionibus, vel in restituenda invitis etiam codicibus genuina

scriptoris manu veteribus commentatoribus tribuendum sit, ut qui et aetate vetustissimos nostros codices et cura diligentiaque librarios superent, quum per se probabile est, tum luculenter exposuit Trendelenburgius in praefatione ad Arist. de an. p. V. sqq. Hac ratione ducti in iis emendationibus, quas adhuc proposuimus, etsi aliunde petitae et inventae essent, commentatores consulere numquam omisimus, nec solum eas lectiones, quas in codicibus se invenisse distincte dicunt, sed etiam quas eos respicere ex ipsis commentariis intelligeretur, religiose ubique adnotavimus.[1]) Reliquos locos, quorum emendatio vel petenda unice e commentatoribus, vel inde maxime commendanda videatur, jam ex ordine librorum persequamur.

A, 9. p. 993a5. (Br. 34, 17.) *ἀμφισβητήσειε γὰρ ἄν τις, ὥσπερ καὶ περὶ ἐνίας συλλαβάς· οἱ μὲν γὰρ τὸ σμα ἐκ τοῦ σ καὶ μ καὶ α φασὶν εἶναι, οἱ δέ τινες ἕτερον φθόγγον φασὶν εἶναι καὶ οὐθένα τῶν γνωρίμων.* Alexander unice habuit *ζα* pro *σμα*, eamque lectionem aptissime explicat *ὡς ἀμφισβητεῖται περὶ τῆς ζα συλλαβῆς πότερον αὐτὴν δεῖ διὰ τοῦ ζ καὶ α γράφειν ἢ διὰ τοῦ σ καὶ δ καὶ α, οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν ἀμφισβήτησις ἂν εἴη. ἐγράφετο δὲ ταῦτα διὰ δύο πάλαι ἕκαστον αὐτῶν γραμμάτων, διὸ καὶ διπλάσια τῶν στοιχείων ταῦτα ἐκαλεῖτο, καὶ τὸ μὲν ζ διὰ τῶν σδ κτλ.* Eandem lectionem ab Asclepio explicari apertum est, quamquam in ipsa explicatione falso *σμα* scriptum est pro

1) Commentatorum veterum interpretatione his potissimum in locis emendandis usi sumus: *A*, 9. p. 991b30; *α*, 1. p. 993b1; *B*, 1. p. 995b27, 2. p. 997a7, 3. p. 998b3, 5. p. 1001a13, 5. p. 1002a21, 6. p. 1002b33; *Γ*, 4. p. 1006b29, 1007a6, 1008a1; *Δ*, 2. p. 1013a29, 1013b9, 1013b31, 1014a11, 1014a19, 4. p. 1014b18, 12. p. 1019a35, 1019b6, 28. p. 1024b5; *Z*, 4. p. 1030a31, 6. p. 1031b27, 10. p. 1035b16, 11. p. 1036b3; *H*, 3. p. 1043b8, 4. p. 1044b8; *Θ*, 3. p. 1047a24, 10. p. 1051b9; *K*, 2. p. 1060b4; *Λ*, 3. p. 1070b3, 5. p. 1071a26, 6. p. 1071b13; *M*, 2. p. 1076b32, 5. p. 1079b15, 1079b30, 7. p. 1081a29, 1081b23, 8. p. 1084b1; *N*, 5. p. 1092b7.

σδα sive *ζα* p. 587a5. In scholio Alexandri, quod Brand. e cod. Laurent. excerpsit, p. 586. not. memoratur altera lectio *σμα*, sed ut minus apta rejicitur: *ὥσπερ ἀμφισβητεῖται περὶ τῆς ζα συλλαβῆς πότερον διὰ τοῦ ζ γράφεται (ὃ* [1]*) ἕτερον φθόγγον εἶπεν) ἢ διὰ τοῦ σ καὶ δ. τινὰ γὰρ τῶν βιβλίων ἀντὶ τοῦ ζα σμα ἔχει γεγραμμένον. καλλίων δὲ ἡ διὰ τοῦ ζα γραφή.* — Restituendum igitur *ζα*, quod praeferendum esse jam Brandisius in edit. not. crit. significaverat.

Γ, 4. p. 1008a17. (Br. 73, 28.) Disputans adversus eos, qui quum principium contradictionis agnoscere recusent omnia commisceant et fluxa reddant, Aristoteles id maxime evincere studet, ut eos stabile aliquid ac firmum concedere cogat. Itaque praeter alia sic argumentatur: *εἰ περὶ πάσας* (sc. *φάσεις καὶ ἀντιφάσεις*) *οὕτως ἔχει, ὥστε εἶναι καὶ λευκὸν καὶ οὐ λευκόν) — ἤτοι καθ' ὅσων τὸ φῆσαι καὶ τὸ ἀποφῆσαι καὶ καθ' ὅσων ἀποφῆσαι καὶ φῆσαι, ἢ κατὰ μὲν ὧν φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι, καθ' ὅσων δὲ ἀποφῆσαι οὐ πάντων φῆσαι. καὶ εἰ μὲν οὕτως, εἴη ἄν τι παγίως οὐκ ὄν, καὶ αὕτη βεβαία δόξα· καὶ εἰ τὸ μὴ εἶναι, βέβαιόν τι καὶ γνώριμον· γνωριμωτέρα γὰρ ἂν εἴη ἡ φάσις ἡ ἀντικειμένη.* Extrema verba Hengstenbergius vertit: wenn aber das Nichtseyn ist, so giebt es ein sicheres und erkennbares, da die Bejahung noch erkennbarer sein muss als die Verneinung. Ac verba quidem ipsa recte expressit, sententia autem, quae inde efficitur, manifesto falsa est. Primum enim priore parte enunciati *καὶ εἰ τὸ μὴ — γνώριμον* idem esset dictum atque iis verbis, quae proxime antecedunt *εἰ μὲν οὕτως — δόξα*; deinde quod adjicitur *γνωριμωτέρα γὰρ κτλ.* prorsus est absurdum, neque enim propterea n e g a t i o firma ac certa esse potest, quia certior et ad intelligendum aptior est a f f i r m a t i o. At apparet ita ratiocinari Aristotelem, ut quum negationem firmam esse concessum sit, firmiorem etiam affirmationem

---

1) Sic scribendum videtur pro *ἢ*, quod est apud Brand.

esse colligat, sicuti paullo ante similiter argumentatur: *εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει ἡ κατάφασις, ἥ γε ἀπόφασις ὑπάρξει κτλ.* p. 1007b34. Hanc autem sententiam, quam his verbis inesse oportet, habebimus aut ante *βέβαιόν τι καὶ γνώριμον* inserto *καὶ τὸ εἶναι*, quod propter similitudinem omitti facile potuerit, aut omissa particula *γάρ* post *γνωριμωτέρα*, ut a *γνωριμωτέρα* ordiatur apodosis. Et hanc quidem rationem ut praeferamus et eo movemur, quod optativum cum particula *ἄν* frequentissime Aristoteles usurpat ubi quid ex aliorum placitis colligit (cf. p. 62.), et quod ita codicum et scholiorum auctoritati obtemperamus. Nam praeter unum cod. *A*[b] omnes particulam *γάρ* omittunt, neque Alexandrum eam in textu habuisse inde apparet, quod interpretatur *εἰ τὸ μὴ εἶναι καὶ ἡ ἀπόφασις βέβαιόν τι καὶ γνώριμον καὶ καταληπτόν, γ ν ω ρ ι μ ω τ έ ρ α ἂ ν ε ἴ η ἡ ἀντικειμένη φάσις τῇ ἀποφάσει, τουτέστιν ἡ κατάφασις.* p. 663b26. Scribendum igitur, sicuti ante Brand. et Bekk. in editionibus exhibebatur, *καὶ εἰ τὸ μὴ εἶναι βέβαιόν τι καὶ γνώριμον, γνωριμωτέρα ἂν εἴη ἡ φάσις ἡ ἀντικειμένη*, quod recte expressit Bessarion: *quodsi ipsum non esse certum quid et notum est, notior erit opposita affirmatio.*

In eadem argumentatione, qua copiose et subtiliter contra adversarios principii contradictionis disputat, indignabundus denique Aristoteles haec dicit *Γ*, 4. p. 1008b11. (Br. 75, 3.) *εἰ δὲ μηθὲν ὑπολαμβάνει* (sc. is, qui negaverit principium illud certissimum) *ἀλλ' ὁμοίως οἴεται καὶ οὐκ οἴεται, τί ἂν διαφερόντως ἔχοι τῶν π ε φ υ κ ό τ ω ν.* Et Bessarion et Hengstenbergius *πεφυκότα* intellexerunt de plantis, nec sane alia de re hoc loco cogitari potest. Sed *πεφυκός* apud Aristotelem ubique, quod sciam, significat id quod natura qualitatem quandam et vim habet, non plantam. Alexander si in textu habuisset *τῶν πεφυκότων*, non omisisset adnotare, quae est ejus in explicando diligentia, alia vi id vocabulum hoc loco usurpari, ac plerumque.

Sed nulla ejusmodi mentione facta simpliciter locum his verbis interpretatur: *εἰ γοῦν μηδὲν τῶν ὄντων ἔχειν πως ὑπολαμβάνει, ἀλλ' ὁμοίως οἴεταί τε καὶ οὐκ οἴεται καὶ ὑπολαμβάνει καὶ οὐχ ὑπολαμβάνει περὶ ἑκάστου, ὁ τοιοῦτος οὐδὲν ἂν διαφέροι φυτοῦ* (n. f. *φυτῶν*), *ἅπερ οὐδὲ ὅλως ἔχει τὴν ὑποληπτικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς*. p. 665b31.; eodem vocabulo *φυτοῦ* bis deinde in ejusdem rei explicatione utitur p. 666a2. *φυτοῦ γὰρ καὶ τοῦτο καὶ οὐκ ἀνθρώπου ἢ ζῴου λογικοῦ*. a6. *ἀλλ' ὡς φυτοῖς ζῆν*. Inde veri est simillimum ab Aristotele scriptum fuisse *τί ἂν διαφερόντως ἔχοι τῶν φυτῶν* vel *τῶν γε φυτῶν*. Quid quod ipsum Aristotelem emendationis nostrae testem adhibere possumus; etenim de eadem re paullo ante p. 1006a14. scribit *ὅμοιος γὰρ φυτῷ ὁ τοιοῦτος ᾗ τοιοῦτος ἤδη*.

Ubi exposuit, quantopere ii errent, qui principio contradictionis repugnare susceperint, caussam etiam ac rationem quaerit, qua in eum errorem delapsi sint; nimirum eos philosophos, qui illam sententiam amplexi sint, unice res sensibiles et mutationi obnoxias spectasse, quae sane, quum mutentur, cum aliqua veri specie neque esse neque non esse dici possint. *ἡμεῖς δὲ καὶ πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἐροῦμεν ὅτι τὸ μὲν μεταβάλλον ὅτε μεταβάλλει ἔχει τινὰ αὐτοῖς ἀληθῆ λόγον μὴ οἴεσθαι εἶναι. καίτοι ἔστι γε ἀμφισβητήσιμον· τό τε γὰρ ἀποβάλλον ἔχει τι τοῦ ἀποβαλλομένου, καὶ τοῦ γιγνομένου ἤδη ἀνάγκη τι εἶναι.* Γ, 5. p. 1010a18. (Br. 79, 15.) Quum his verbis ipsa mutatio describatur, ubi necdum altera rei natura prorsus evanuit, quam antea habebat, neque altera jam perfecta est, ad quam transit, aegre careas in priore enunciati membro ea particula, quae particulae *ἤδη* in altero membro respondeat, ita quidem ut scribendum censeas *ἔχει τι ἔτι τοῦ ἀποβαλλομένου*. Atque hanc particulam *ἔτι*, quae propter similitudinem proximae voculae facillime a librariis omitti poterat, ab Aristotele adjectam fuisse, Alexandri interpretatione probari videtur: *καὶ γὰρ τὸ ἀποβάλλον τι ἔχει τοῦ ἀποβαλλομένου τι ἔτι· ἀποβεβλήκει γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ οὐκ ἀποβάλλον ἔτι ἦν.* p. 670b35.

Δ, 7. p. 1017a32. 35. (Br. 99, 7. 11.) Exponitur quot modis usurpetur notio *τοῦ εἶναι* et praeter alios is affertur, qui ad significandam veritatem pertinet, ubi verbum *esse* conjungendo cum subjecto praedicato inservit. *ἔτι τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ἔστιν ὅτι ἀληθές, τὸ δὲ μὴ εἶναι ὅτι οὐκ ἀληθὲς ἀλλὰ ψεῦδος. ὁμοίως ἐπὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως, οἷον ὅτι ἔστι Σωκράτης μουσικός, ὅτι ἀληθὲς τοῦτο, ἢ ὅτι ἔστι Σωκράτης οὐ λευκός, ὅτι ἀληθές· τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος, ὅτι ψεῦδος.* Primum *ὁμοίως ἐπὶ κτλ.* non posse a superioribus graviore interpunctione distingui, sed in unam enunciationem haec esse conjungenda, vel inde manifestum est, quod nulla omnino particula, veluti *δέ*, ad *ὁμοίως* adjecta est. Ac sententiae nexus multo exsistit aptior, si comma ante *ὁμοίως* posueris. Hoc enim dicit Aristoteles: *ἔστι* significat aliquid esse verum, *οὐκ ἔστι* aliquid esse falsum, sive praedicatum, quod ad subjectum refertur, affirmativum est, sive negativum. Jam utriusque et affirmativi et negativi praedicati exemplum affert, ita quidem ut in utroque copula *ἔστι* veritatem significet, *ἔστι Σ. μουσικός, ἔστι Σ. οὐ λευκός*. Vere rem explicat Alexander, quem commate tantum distinxisse ante *ὁμοίως* apertum est: *ἔτι, φησί, σημαίνει τὸ ἔστι καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ ὂν τὸ ἀληθές, τὸ δὲ μὴ εἶναι καὶ τὸ μὴ ὂν ψεῦδος· τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς εἶναί τε καὶ ὂν φαμεν, τὸ δὲ ψεῦδος μὴ εἶναί τε καὶ μὴ ὄν, ὁμοίως ἔν τε καταφάσει καὶ ἀποφάσει, τουτέστιν ἐάν τε καταφατικῶς τινὸς κατηγορηθῇ ἄν τε ἀποφατικῶς κτλ.* p. 701a5. — Proximis verbis Aristoteles exemplum affert, quo illustretur, per negativam copulam *οὐκ ἔστι* significari aliquid tamquam falsum, *τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος, ὅτι ψεῦδος.* At ut recte se habeat hoc exemplum non universam enunciationem falsam esse oportet, quae quidem est hujus

enunciationis ratio ut nunc legitur, sed eam partem enunciationis, cui negativa copula *οὐκ ἔστιν* adjicitur. Itaque ex ipsa sententiae ratione apparet pro *ἀσύμμετρος* scribendum esse *σύμμετρος: τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἡ διάμετρος σύμμετρος, ὅτι ψεῦδος*, h. e. si quis dicit lineam diagonalem quadrati non esse rationalem ad latus quadrati, significat eum falli, qui rationalem esse (*ἡ διάμετρος σύμμετρος*) opinetur. Hanc interpretationem praecepit Alexander: *τὸ δὲ ψεῦδος ἐν τῇ ἀποφάσει, ὡς ὅταν εἴπῃ τις μὴ εἶναι τὴν διάμετρον τῇ πλευρᾷ σύμμετρον*[1]). *συντάξας γὰρ τὸ τὴν διάμετρον σύμμετρον τῇ πλευρᾷ τῷ μὴ εἶναι, ψεῦδος λέγει τὸ εἶναι τοῦτο. ὁ μὲν γὰρ τὴν κατάφασιν λέγων ἀληθές φησιν εἶναι τὸ εἶναι, ὁ δὲ τὴν ἀπόφασιν ἀναιρεῖ τὸ εἶναι ὡς ψεῦδος ὄν.* p. 701 a 13. — Emendationem, si qua confirmatione egere videatur, ipse Aristoteles potest confirmare, qui idem exemplum paullo post bis prope iisdem verbis exponit *Δ*, 12. p. 1019 b 23. *ἀδύνατον μὲν οὖ τὸ ἐναντίον ἐξ ἀνάγκης ἀληθές, οἷον τὸ τὴν διάμετρον σύμμετρον εἶναι ἀδύνατον, ὅτι ψεῦδος τὸ τοιοῦτον, οὗ τὸ ἐναντίον οὐ μόνον ἀληθὲς ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη ἀσύμμετρον εἶναι.* et *Δ*, 29. p. 1024 b 17. *τὸ ψεῦδος λέγεται — τῷ ἀδύνατον εἶναι συντεθῆναι, ὥςπερ λέγεται τὸ τὴν διάμετρον εἶναι σύμμετρον.*

Eandem notionem verbi *εἶναι*, quae ad significandum verum et falsum pertinet, Aristoteles breviter attingit extremo capite libri sexti, ejusque vim cerni docet in subjecto et praedicato vel conjungendis vel disjungendis, *τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὂν ὡς ψεῦδος, ἐπειδὴ περὶ σύνθεσίν ἐστι καὶ διαίρεσιν κτλ.* Id postquam paucis exposuit, his verbis transitum parat ad *τὸ κυρίως ὄν*. *E*, 4. p. 1027 b 33. (Br. 127, 21.) *ἐπεὶ δὲ ἡ συμπλοκή ἐστι καὶ ἡ*

1) Brandisius neglecta lectione eorum codd., quos potissimum sequitur *AM*, hic et in proximis verbis dedit *ἀσύμμετρον*; quod ferri omnino non posse ex proxima enunciatione apparet. Itaque non dubitavi optimorum codd. auctoritatem sequi.

διαίρεσις ἐν διανοίᾳ ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πράγμασι, τὸ δ' οὕτως ὂν ἕτερον ὂν τῶν κυρίως (ἢ γὰρ τὸ τί ἐστιν ἢ ὅτι ποιὸν ἢ ὅτι ποσὸν ἢ εἴ τι ἄλλο συνάπτει ἢ ἀφαιρεῖ ἡ δίανοια), τὸ μὲν ὡς συμβεβηκὸς καὶ τὸ ὡς ἀληθὲς ὂν ἀφετέον. Notioni conjungendi, *συνάπτειν*, unice opponi potest notio dirimendi *διαιρεῖν*, non *ἀφαιρεῖν*, quod ubique abstrahendi vim habet. Cf. Trendelenburg. ad Arist. de anim. III, 4, 8. p. 478 sqq. Elem. log. Aristot. p. 104. ed. sec. Quamobrem uti supra opponitur *σύνθεσις καὶ διαίρεσις, συμπλοκὴ καὶ διαίρεσις*, ita scribendum est *εἴ τι ἄλλο συνάπτει ἢ διαιρεῖ ἡ διάνοια.* Atque hanc lectionem ii commentarii exhibent, qui Alexandri nomine feruntur *ἢ γάρ, φησίν, ἡ διάνοια τὸ τί ἐστι καὶ οὐσίαν μετὰ οὐσίας συνάπτει ἢ διαιρεῖ, ἢ πάλιν ποιὸν μετὰ οὐσίας κτλ.* p. 739 b 14.

Z, 8. p. 1033 a 27. (Br. 142, 4.) *Ἐπεὶ δὲ ὑπό τινός τε γίγνεται τὸ γιγνόμενον (τοῦτο δὲ λέγω ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεώς ἐστι) καὶ ἔκ τινος (ἔστω δὲ μὴ ἡ στέρησις τοῦτο ἀλλ' ἡ ὕλη· ἤδη γὰρ διώρισται ὃν τρόπον τοῦτο λέγομεν) καὶ ὅ γίγνεται (τοῦτο δ' ἐστὶν ἢ σφαῖρα ἢ κύκλος ἢ ὅ τι ἔτυχε τῶν ἄλλων)· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὑποκείμενον ποιεῖ κτλ.* Pro *καὶ ὅ γίγνεται* scribendum esse pronomen indefinitum *καί τι γίγνεται* apparet comparatis verbis superioribus *ὑπό τινος, ἔκ τινος*. Exhibent autem pronomen indefinitum cod. F^b et paraphrasis Alexandri *ἐπειδὴ οὖν τὸ γινόμενον ὑπό τε ποιητικοῦ γίνεται καὶ ἐκ τῆς στερήσεως ἢ καὶ ἐκ τῆς ὕλης, καί τι γίνεται, οἷον ἄνθρωπος ἢ ἵππος κτλ.* p. 751 b 24. Conferri etiam possunt loci consimiles ex ipsis metaphysicis libris. *Z*, 7. p. 1032 a 13. *πάντα δὲ τὰ γιγνόμενα ὑπό τέ τινος γίγνεται καὶ ἔκ τινος καὶ τί.* *Λ*, 3. p. 1069 b 36. *πᾶν γὰρ μεταβάλλει τι καὶ ὑπό τινος καὶ εἴς τι.*

Z, 10. p. 1035 a 32. (Br. 147, 18.) Quae ab omni materiae communione abstracta unice notione concipiuntur, ea nec fiunt neque intereunt; quae vero conjuncta sunt cum materia (*συνειλημμένα τῇ ὕλῃ, σύνθετα*), ea ita inter-

eunt, ut quasi recidant in materiam formae expertem: *καὶ διὰ τοῦτο φθείρεται ὁ πήλινος ἀνδριὰς εἰς πηλὸν καὶ ἡ σφαῖρα εἰς χαλκὸν καὶ Καλλίας εἰς σάρκα καὶ ὀστᾶ, ἔτι δὲ ὁ κύκλος εἰς τὰ τμήματα· ἔστι γάρ τι ὃ συνείληπται τῇ ὕλῃ.* Ante *σφαῖρα* omissum esse *χαλκῆ* ex sententiae ratione adeo manifestum est, ut adjicere hoc vocabulum non dubitemus; neque enim ipse globus per se ita interire potest, ut in aes recidat, sed globus aëneus. Comprobatur haec conjectura et verbis simillimis, quae locum nostrum antecedunt, *ὅσα μὲν οὖν συνειλημμένα τὸ εἶδος καὶ ἡ ὕλη ἐστίν, οἷον τὸ σιμὸν ἢ ὁ χαλκοῦς κύκλος* p. 1035a26, et interpretatione Asclepii *τὸ οὖν σιμὸν ἢ ὁ χαλκοῦς κύκλος εἰς ταῦτα φθείρονται, ἐξ ὧν καὶ συνετέθησαν καὶ μέρος αὐτῶν ἡ ὕλη ὑπάρχει* p. 756a39.

Eodem capite, cujus locum nunc ipsum tentavimus, Aristoteles subtiliter distinguit, quae sint partes ipsius notionis et formae, et quae pertineant ad conjunctam et quasi concretam cum materia formam. Quam rem postquam uberius explicuit hisce verbis breviter complecti instituit *Z*, 10. p. 1035b33. (Br. 148, 28.) *μέρος μὲν οὖν ἐστὶ καὶ τοῦ εἴδους (εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι) καὶ τοῦ συνόλου τοῦ ἐκ τοῦ εἴδους καὶ τῆς ὕλης αὐτῆς.* His verbis, sicuti etiam in Bekk. edit. exhibentur, duo tantum distinguuntur, forma materiae expers et forma cum materia conjuncta; ita vero nulla prorsus caussa est, cur *αὐτῆς* adjiciatur ad *ὕλης*, quod quidem pronomen tum demum suum habebit sensum, si non solum materia cum forma conjuncta, sed etiam ipsa per se expers formae materia commemoretur. Iam si comparamus interpretationem Asclepii, non duo tantum sed tria distingui videmus: „*μέρος μὲν οὖν ἐστὶ καὶ τοῦ εἴδους.*“ *φησὶν ὅτι ἔστι μέρος καὶ τοῦ εἴδους τοῦ ἀΰλου· διό φησι τὸ τί ἦν εἶναι· τῶν γὰρ εἰδῶν οἱ ὁρισμοὶ ὑπάρχουσιν. εἰσὶ δὲ μέρη καὶ τοῦ εἴδους τοῦ συνθέτου καὶ τῆς ὕλης κτλ.* p. 757b6.; distinguuntur enim *τὸ εἶδος τὸ ἄϋλον, τὸ εἶδος*

τὸ σύνθετον, ἡ ὕλη. His ductus indiciis, quae et in textu Aristotelis et in scholiis reperire mihi videor, scribendum esse suspicor *μέρος μὲν οὖν ἐστὶ καὶ τοῦ εἴδους (εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι), καὶ τοῦ συνόλου τοῦ ἐκ τοῦ εἴδους καὶ τῆς ὕλης, καὶ τῆς ὕλης αὐτῆς.*

Z, 11. p. 1036b17. (Br. 150, 28.) *καὶ τῶν τὰς ἰδέας λεγόντων οἱ μὲν* (sc. *λέγουσιν*) *αὐτογραμμὴν τὴν δυάδα, οἱ δὲ τὸ εἶδος τῆς γραμμῆς· ἔνια μὲν γὰρ εἶναι ταὐτὰ τὸ εἶδος καὶ οὗ τὸ εἶδος, οἷον δυάδα καὶ τὸ εἶδος δυάδος. ἐπὶ γραμμῆς δὲ οὐκ ἔστι.* Extrema verba non ex sua ipsius sententia Aristoteles dicit, sed ex sententia eorum, qui ideas esse statuant; quod et ex ipsa sententiae natura apparet, quae aliena est ab Aristotelis philosophia, et inde quod proximis verbis *συμβαίνει δὴ κτλ.* refutare eam opinionem instituit. Quare ferri non potest indicativus *οὐκ ἔστι*, sed deleto puncto ante *ἐπὶ γραμμῆς* scribendum *οὐκέτι*, quod et cod. *E* exhibet, et interpretatio Asclepii *διό φασιν οἷον δυάδα καὶ τὸ εἶδος τῆς δυάδος· ἐπὶ δὲ τῆς γραμμῆς οὐκέτι* p. 759b15. Cf. *οὐκέτι* simili ratione usurpatum *Z*, 10. p. 1035a21. — Eadem vocabula *ἔστι* et *ἔτι* permixta sunt a librariis *M*, 8. p. 1084b19. (Br. 282, 10.), ubi tres codd. *T* G^b I^b *ἔστι* habent, reliqui, quos Bekkerus secutus est, *ἔτι.* Sed vereor ut genuinam lectionem Bekkerus elegerit. Quaerit enim Aristoteles illo loco, qua sententia ac ratione ii, qui *τὸ ἕν* principium esse statuant, illud ipsum dicant esse principium *πῶς οὖν ἀρχὴ τὸ ἕν*, utrum ita ut notione prius sit, an ut tempore, *τὸ μὲν κατὰ λόγον τὸ δὲ κατὰ χρόνον. ποτέρως οὖν τὸ ἓν ἀρχή; ὥσπερ γὰρ εἴρηται, καὶ ἡ ὀρθὴ τῆς ὀξείας καὶ αὕτη ἐκείνης δοκεῖ προτέρα εἶναι καὶ ἑκατέρα μία. ἀμφοτέρως δὴ ποιοῦσι τὸ ἓν ἀρχήν. ἔτι δὲ ἀδύνατον· τὸ μὲν γὰρ ὡς εἶδος καὶ ἡ οὐσία, τὸ δ' ὡς μέρος καὶ ὡς ὕλη.* Iam vero his verbis *ἔτι δὲ ἀδύνατον* non novam argumentationem Aristoteles orditur, sed eam ipsam sententiam, quam superioribus explicuit, refellit. Illi phi-

losophi utraque vi ac ratione, et notione et tempore unum dicunt esse principium; at id concedi non potest, siquidem alterum principium est tamquam species et substantia, alterum tamquam pars et materia. Praeferenda igitur est lectio *ἔστι δὲ ἀδύνατον*. Sensum et nexum loci recte perspexit Bessarion, interpretatus *at impossibile*.

Z, 6. p. 1031 b 30. (Br. 138, 13.) Notionem substantialem (*τὸ τί ἦν εἶναι*) rei et ipsam rem in substantiis unum idemque esse Aristoteles contendit; quod ut demonstret et aliis argumentis utitur, et hac apagogica ratiocinatione: *ἄτοπον δ᾽ ἂν φανείη κἂν εἴ τις ἑκάστῳ ὄνομα θεῖτο τῶν τί ἦν εἶναι· ἔσται γὰρ καὶ παρ᾽ ἐκεῖνο ἄλλο, οἷον τῷ τί ἦν εἶναι ἵππῳ τί ἦν εἶναι ἵππῳ ἕτερον.* Apte et dilucide haec argumentatio exposita est ab Alexandro p. 747 b 46 sqq. *καὶ τοῦτο δεικτικόν ἐστι διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς τοῦ ταὐτὸν εἶναι ἕκαστον καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ. — — εἴ τις καὶ τῷ* [1]) *τοῦ αὐτοΐππου τί ἦν εἶναι ὄνομα θεῖτο, ἔστω δὴ ἱμάτιον, ἐπειδὴ πᾶν ὄνομα δηλωτικόν ἐστί τινος τί ἦν εἶναι, καὶ τοῦ ἱματίου τὸ τί ἦν εἶναι ἔσται ἕτερον αὐτοῦ. εἴ τις δὲ πάλιν τῷ τοῦ ἱματίου τί ἦν εἶναι ὄνομα θεῖτο, ἔστω δὴ φυτόν, ἔσται καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τοῦ φυτοῦ ἕτερον τοῦ φυτοῦ. εἴ τις δὲ καὶ τῷ τοῦ φυτοῦ τί ἦν εἶναι θεῖτο ὄνομα, ἔσται καὶ ἐπὶ τούτου τὸ αὐτό· καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον.* Haec igitur est verborum Aristotelis sententia: Quam absurdum sit disjungere notionem substantialem (*τ. τ. η. ε.*) ab ipsa re, apparebit si quis notioni substantiali alicujus rei nomen posuerit, atque ita eam tamquam rem significaverit, quae per se exsistat, sejuncta ab ea, cujus est notio substantialis. Inde enim consequens erit ut notionis substantialis equi, quam uno vocabulo v. g. vestem dixeris, itaque ut vestis alia iterum sit no-

1) Brandisius p. 748 a 2. exhibuit *τό*; dativum scribendum esse proximis verbis docemur *τῷ τοῦ ἱματίου τί ἦν εἶναι*. Eundem casum articuli non dubitavi deinde interponere, ubi Brand. dedit *εἴ τις δὲ καὶ τοῦ φυτοῦ*.

tio substantialis; quae in infinitum continuanda esse facile apparet. His si recte exposuimus Aristotelis sententiam, omittendum est e verbis supra positis alterum *ἵππῳ*; nam objectum, quod ad *τί ἦν εἶναι* referatur, est *τῷ τί ἦν εἶναι ἵππῳ*, neque alterum insuper objectum (*ἵππῳ*) adjici potest. Consentit manifesto cum hac emendatione Alexander quod scribit *τοῦ ἱματίου* (i. e. *τοῦ τί ἦν εἶναι ἵππῳ*) *τὸ τί ἦν εἶναι ἔσται ἕτερον αὐτοῦ*. Asclepius sane in textu eam lectionem videtur habuisse (cf. p. 748 a 14.), quae nunc vulgata est; sed ex ejus commentario ad h. l. vix quidquam lucis petas.

Z, 11. p. 1037 b 1. (Br. 152, 27.) *καὶ* (sc. *δέδεικται*) *ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι ἕκαστον ἐπὶ τινῶν μὲν ταὐτόν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πρώτων οὐσιῶν, οἷον καμπυλότης καὶ καμπυλότητι εἶναι, εἰ πρώτη ἐστίν. λέγω δὲ πρώτην ἣ μὴ λέγεται τῷ ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι καὶ ὑποκειμένῳ ὡς ὕλῃ. ὅσα δ᾽ ὡς ὕλη ἢ ὡς συνειλημμένα τῇ ὕλῃ, οὐ ταὐτό, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἕν, οἷον ὁ Σωκράτης καὶ τὸ μουσικόν· ταῦτα γὰρ ταὐτὰ κατὰ συμβεβηκός.* In initio hujus enunciati vitium manifestum est, quoniam ea verba, quae etiam in Bekkeriana editione exhibentur, sensu cassa sunt. Quod enim Hengstenbergius vertit *dann haben wir gezeigt*, *dass das was eines jeden bei einigen dasselbe ist* constanti Aristotelis usui repugnat; ea enim res, cujus notio ac substantia per *τὸ τί ἦν εἶναι* significatur, vel casu dativo adjicitur ad *τ. τ. η. ε*, v. g. *Z*, 6. p. 1031 b 7. *τὸ τί ἦν εἶναι ἐκείνῳ*. *Z*, 10. p. 1035 b 16. *Δ*, 17. p. 1022 a 9, 18. p. 1022 a 27. *H*, 6. p. 1045 a 33., vel, quod rarius est, casu genitivo *Z*, 7. p. 1032 b 2. *τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου*, numquam nominativo [1]).

1) Ex hoc constanti usu non dubitaverim emendare locum ejusdem libri septimi Z, 4. p. 1029 b 13. (Br. 132, 14.) — *εἴπωμεν* —, *ὅτι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι ἕκαστον ὃ λέγεται καθ᾽ αὑτό*. Haec verba Hengstenbergius recte quidem ita interpretatur, ut *ἕκαστον* non ad *τ. τ. η. ε.* referat, sed praedicati loco ponat: dass das was jedes ist das an und für sich aus-

Ac praeterea et ex rei natura et ex exemplis deinceps allatis apparet, duo distingui, quae nonnullis in rebus ad unum idemque recidant. Quare verissime **Trendelenburgius** in ea disputatione, quam de vi formulae *τὸ τί ἦν εἶναι* scripsit, recipiendam praecepit lectionem codicis *E*, cui magna utique auctoritas tribuenda, *τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἕκαστον* „*das τὸ τί ἦν εἶναι und ein einzelnes ist in Rücksicht einiger Begriffe dasselbe*“ (Rhein. Mus. 1828. 4. p. 460.) Confirmatur haec emendatio interpretatione Alexandri, quem *καί* in textu habuisse certum est, quum scribat *οὐ μόνον δὲ περὶ τούτων εἴρηται, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἕκαστον καὶ τὸ τί ἦν εἶναι αὐτοῦ ἐπί τινων ταὐτόν ἐστιν* p. 761 b 20; confirmatur eadem iis locis septimi libri metaphysicorum, ad quos his ipsis, de quibus agimus, verbis Aristoteles lectores respicere jubet. *Z*, 6. p. 1033 a 15. *πότερον δὲ ταὐτόν ἐστιν ἢ ἕτερον τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἕκαστον σκεπτέον.* ibid. b 19. *ἓν καὶ ταὐτὸ — αὐτὸ ἕκαστον καὶ τὸ τί ἦν εἶναι.* Cf. ibid. b 24. 26. p. 1032 a 5. — In proximis verbis non probaverim, quod post *εἰ πρώτη ἐστίν* plena interpunctione distinctum est; quae enim deinde sequuntur *ὅσα δ᾽ ὡς ὕλη κτλ.* ita sunt dicta, ut cum superioribus unam eandemque efficiant enunciationem; parenthetice autem, ut explicetur notio *πρώτη*, interpositum est *λέγω δὲ — καὶ ὑποκειμένῳ ὡς ὕλῃ*, uti saepius ab his verbis *λέγω δέ* orditur parenthesis explicandi gratia inserta. Cf. Eth. Eud. I, 4. p. 1215 a 29. et supra p. 31. Ultimum autem hujus coli vocabulum *ὕλη* leni emendatione mutavi in casum dativum,

gesagt wird; at sententiarum series postulat, ut hoc potius dicatur, notionem substantialem (*τ. τ. η. ε.*) cujusque rei in eo cerni, quod de re ipsa per se praedicetur, vel ut ait Bessarion: illud est, quod quid erat esse unumquodque, quod secundum se dicitur. Namque deinceps hoc exemplo Aristoteles rem illustrat *οὐ γάρ ἐστι τὸ σοὶ εἶναι τὸ μουσικῷ εἶναι· οὐ γὰρ κατὰ σαυτὸν εἶ μουσικός.* Cf. Schol. p. 742 a 22. sqq. Itaque scribendum est *ὅτι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ ὃ λέγεται καθ᾽ αὑτό.* Eadem verba *τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ* leguntur *Δ*, 17. p. 1022 a 9.

quem sententia flagitare videtur *λέγω δὲ πρώτην ἣ μὴ λέγεται τῷ ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι καὶ ὑποκειμένῳ ὡς ὕλῃ.* Nam si nominativum *ὕλη*, quem editiones exhibent, recte se habere sumamus, inde consequens erit, ut materia insit in alio quodam tamquam substrato. At ea ipsa est notio materiae, ut non sit *ἐν ὑποκειμένῳ*, sed ipsa sit *τὸ ὑποκείμενον τοῖς ἄλλοις.* Cf. *Z*, 1—3. praecipue 3. p. 1029 a 23. *τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς οὐσίας κατηγορεῖται, αὕτη δὲ τῆς ὕλης.* Inde apparet *ὕλῃ* per appositionem, quam dicunt grammatici, adjectum esse ad *ὑποκειμένῳ.* — Neque extrema hujus loci verba omnino sana esse arbitror. Quodsi quis sententiarum seriem attente persecutus eos locos in memoriam revocaverit, quorum uberiores quaestiones Aristoteles jam breviter complectitur, non hoc exspectabit dici: in iis rebus, quae conjunctam habeant cum forma materiam non esse unum et idem notionem rei et ipsam rem, neque per accidens idem, sed potius: neque in iis rebus, quae conjunctam habeant cum forma materiam, neque in iis, quae per accidens aliquid secum conjunctum habeant, unum idemque esse notionem rei et ipsam rem. Hoc enim in superioribus Aristoteles exposuit. Cf. *Z*, 6. p. 1031 a 19—28, praecipue 24. *ἢ οὐκ ἀνάγκη, ὅσα κατὰ συμβεβηκός, εἶναι ταὐτά.* Inde in eo loco, de quo disputamus, pro *οὐδὲ κατὰ συμβεβηκός* scribendum arbitror *οὐδ᾽ ὅσα κατὰ συμβεβηκός.* — Universus igitur locus, si recte divinamus, hunc in modum videtur exhibendus esse: *καὶ ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἕκαστον ἐπὶ τινῶν μὲν ταὐτόν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πρώτων οὐσιῶν, οἷον καμπυλότης καὶ καμπυλότητι εἶναι, εἰ πρώτη ἐστίν (λέγω δὲ πρώτην ἣ μὴ λέγεται τῷ ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι καὶ ὑποκειμένῳ ὡς ὕλῃ)· ὅσα δ᾽ ὡς ὕλη ἢ ὡς συνειλημμένα τῇ ὕλῃ οὐ ταὐτό, οὐδ᾽ ὅσα κατὰ συμβεβηκὸς ἕν, οἷον ὁ Σωκράτης καὶ τὸ μουσικόν· ταῦτα γὰρ ταὐτὰ κατὰ συμβεβηκός.*

Z, 13. p. 1038 b 23. (Br. 156, 11.) Notionem universalem Aristoteles docet non esse substantiam, quoniam et

ad plura pertineat et utique de alio praedicetur. Quodsi quis eam dicat non ipsam esse notionem substantialem (*τ. τ. η. ε.*), sed inesse in notione substantiali, idem inde consequens esse *τὸ αὐτὸ συμβήσεται πάλιν· ἔσται γὰρ οὐσία ἐκείνου οὐσία, οἷον τὸ ζῷον ἐν ᾧ ὡς ἴδιον ὑπάρχει.* Haec verba Hengstenbergius interpretatur: denn die Wesenheit wird Wesenheit von etwas sein. At si quis universum locum legerit, non poterit dubitare quin subjectum e superioribus repetendum sit *τὸ καθόλου*, cujus exemplum adjicitur *οἷον τὸ ζῷον.* Omisso igitur altero *οὐσία* et commate posito post *ζῷον*, quoniam *ἐν ᾧ* refertur ad *ἐκείνου*, scribendum videtur *ἔσται γὰρ* (sc. *τὸ καθόλου*) *οὐσία ἐκείνου, οἷον τὸ ζῷον, ἐν ᾧ ὡς ἴδιον ὑπάρχει.* Et hanc quidem scripturam Alexander ante oculos habuisse videtur, quod interpretatur *ἔστιν ἄρα οὐσία τὸ ζῷον τοῦ ἐν ᾧ ἔστιν, οἷον τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾧ ὡς ἴδιον ὑπάρχει τὸ ζῷον.* p. 764a22.

Z, 15. p. 1040a32. (Br. 160, 18.) Falluntur qui in definienda aliqua substantia ea immiscent accidentia, *συμβεβηκότα*, quibus sublatis eadem manet substantia. Hoc illustrat Aristoteles allato exemplo solis tamquam substantiae: — *διαμαρτάνουσι τῷ προστιθέναι τοιαῦτα ὧν ἀφαιρουμένων ἔτι ἔσται ἥλιος, ὥσπερ τὸ περὶ γῆν ἰὸν ἢ νυκτικρυφές. ἂν γὰρ στῇ ἢ φανῇ, οὐκέτι ἔσται ἥλιος.* Recte opponuntur *στῇ* et *περὶ γῆν ἰόν*, non item *φανῇ* et *νυκτικρυφές*, sed ut sol negetur noctu abscondi, dicendus est perpetuo apparere. Iam quum Asclepius in interpretatione h. l. haec habeat *ἐὰν οὖν καθ' ὑπόθεσιν στῇ ὁ ἥλιος ἤγουν ἀεὶ φαίνῃ — — εἰ μὴ ὑποθώμεθα αὐτὸν εἶναι καὶ στάντα ἤγουν ἀεὶ φαίνοντα.* p. 768b40., vere Brandisius in adnot. crit. edit. conjecisse videtur scribendum *ἂν γὰρ στῇ ἢ ἀεὶ φανῇ.* Ex Alexandri interpretatione nihil certi depromas, quod pro *φανῆναι* ubique dedit *οὐ κρύπτεσθαι*, nec tamen hac ipsa explicatione propositae emendationi repugnat.

Z, 17. p. 1041a25. (Br. 162, 28.) Si quaeratur, cur

aliquid sit, hoc quaeri Aristoteles demonstrat, cur subjecto cuidam praedicatum quoddam inhaereat — *τὶ κατά τινος ζητεῖ διὰ τί ὑπάρχει.* — *οἷον διὰ τί βροντᾷ; διότι ψόφος γίγνεται ἐν τοῖς νέφεσιν· ἄλλο γὰρ οὕτως κατ' ἄλλου ἐστὶ τὸ ζητούμενον.* Verba *ψόφος γίγνεται ἐν τοῖς νέφεσιν* non solvunt quaestionem propositam, cur tonet, nihil enim continent nisi descriptionem tonitru, sed ipsam quaestionem ad eam formam redigunt, qua ad solvendum aptior sit. Hoc distincte Aristoteles proximis verbis dicit *ἄλλο γὰρ οὕτως* (i. e. si dixeris *ψόφος γίγνεται ἐν τοῖς νέφεσιν*) *κατ' ἄλλου ἐστὶ τὸ ζητούμενον.* Itaque non dubito quin pro *διότι* recipienda sit lectio codd. *A^b F^b* *διὰ τί ψόφος γίγνεται ἐν τοῖς νέφεσιν*, praesertim quum eandem Alexandrum in textu habuisse appareat, qui aptissime locum sic explicat: *ὅταν γὰρ ζητῶμεν διὰ τί βροντᾷ; τοῦτο ζητοῦμεν διὰ τί ψόφος ἐν τοῖς νέφεσι γίνεται; ὁ δὲ ψόφος τῶν νεφῶν ἕτερον, καὶ ζητεῖται ἄλλο κατ' ἄλλου, ὁ ψόφος κατὰ τοῦ νέφους.* p. 771b11.

Eandem rem deinde accuratius ita definit, ut quaeri doceat, qua de caussa materiae cuidam forma quaedam insit. *Z*, 17. p. 1041b5. (Br. 163, 14.) *ἐπεὶ δὲ δεῖ ἔχειν τε καὶ ὑπάρχειν τὸ εἶναι, δῆλον δὴ ὅτι τὴν ὕλην ζητεῖ διὰ τί ἐστιν· οἷον οἰκία ταδὶ διὰ τί; ὅτι ὑπάρχει ταδί, ὃ ἦν οἰκίᾳ εἶναι. καὶ ἄνθρωπος ὁδί, ἢ τὸ σῶμα τοῦτο τοδὶ ἔχον. ὥστε τὸ αἴτιον ζητεῖται τῆς ὕλης· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ εἶδος ᾧ τί ἐστιν.* In principio hujus loci verba *τὴν ὕλην ζητεῖ διὰ τί ἐστιν* aperte manca sunt; neque enim quaeritur, qua de caussa materia omnino sit, sed qua de caussa hoc sit, i. e. hanc formam habeat; quaerendum enim utique esse docuit *διὰ τί ἄλλο ἄλλῳ τινὶ ὑπάρχει.* Emendatio e proximis verbis peti potest; sicuti enim legimus *οἷον οἰκία ταδὶ διὰ τί* ita illic restituendum existimo *τὴν ὕλην ζητεῖ ταδὶ διὰ τί ἐστιν.* Quam facile enim similitudo verborum *ταδί* et *διὰ τί* librarios in errorem deducere potuerit, ex ipsis illis verbis *οἷον οἰκία ταδὶ διὰ τί* cognosci potest, in quibus

Bekkerus primus sublata codicum confusione verum restituit. Alexander non dubito quin in textu suo id habuerit quod de conjectura dedi, quum scribat *τὴν ὕλην ζητεῖ, πῶς καὶ ὑπὸ τίνος κινηθεῖσα γέγονεν ὅπερ ἔστιν.* p. 772 a5. — Proximis in verbis haud scio an pro *σῶμα τοῦτο τοδὶ ἔχον* scribendum sit *ὡδὶ ἔχον,* suadente et vulgari usu et interpretatione Alexandri *διὰ τί τὸ σῶμα τουτὶ ὡδὶ ἔχον ἐστίν.* p. 772a7.

H, 3. p. 1044a3. (Br. 170, 7.) *καὶ τὸν ἀριθμὸν δεῖ εἶναί τι ᾧ εἷς, ὃ νῦν οὐκ ἔχουσι λέγειν τίνι εἷς, εἴπερ ἐστὶν εἷς. ἢ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀλλ' οἷον σωρός, ἢ εἴπερ ἐστί, λεκτέον τί τὸ ποιοῦν ἓν ἐκ πολλῶν.* Bessarion quod vertit *et numerum oportet aliquid esse, quo unus,* vel Hengstenbergius *auch die Zahl muss etwas sein, wodurch sie eine ist*, verba sane, quae in textu sunt, religiose exprimunt, sensum autem omnem evertunt. Namque numerus dici potest quodammodo unus esse, siquidem multitudo conjuncta est et quasi coaluit in unitatem; neque vero numerus dici potest ipse id esse, quo ipse fiat unus; *τὸ ἑνοποιόν* enim sua notione distinguitur a numero. Haec difficultas solvetur si pro *τὸν ἀριθμόν* casum dativum scripserimus *καὶ τῷ ἀριθμῷ δεῖ εἶναί τι ᾧ εἷς* i. e. numerus habeat aliquid oportet, quo fiat unus. Atque haud scio an Alexander hanc ipsam lectionem in textu legerit, quam de conjectura restituere tentavimus. Quod enim scribit *καὶ ὥσπερ δεῖ εἶναί τι τὸ τὸν ἀριθμὸν ἑνοῦν καὶ δι' οὗ ἐστὶν εἷς* (p. 775a14.) vulgarem certe lectionem interpretari non potest, sed talem fere qualem nos proposuimus.

Θ, 6. p. 1048b5. (Br. 182, 10.) Quomodo inter se differant actus et potentia, *ἐνέργεια* et *δύναμις,* Aristoteles non tam describenda utraque notione definit, quam exemplis illustrat, veluti *ὡς τὸ οἰκοδομοῦν πρὸς τὸ οἰκοδομικόν* aliisque similibus. Haec exempla deinde his verbis complectitur *ταύτης δὲ τῆς διαφορᾶς θάτερον μόριον ἔστω ἡ ἐνέργεια*

ἀφωρισμένη, θατέρῳ δὲ τὸ δυνατόν. Sententia aperta est; nimirum in iis exemplis quae attulit alterum utique membrum ad *ἐνέργειαν* referendum est, alterum ad *δύναμιν.* Sed verba non videntur sana esse; namque et ex sententiae ratione et ex enunciati conformatione necesse est *θάτερον,* quum utroque loco eodem modo construendum sit, eodem etiam casu scribi. Itaque aut priore loco pro *θάτερον μόριον* scribendum, ut est in codd. *ET, θατέρῳ μορίῳ,* qui casus aptus sit ab *ἔστω ἀφωρισμένη,* assignetur, attribuatur, aut posteriore loco pro *θατέρῳ* nominativus *θάτερον*, qui est in cod. *F*, construendus cum *ἔστω,* ita ut *ἀφωρισμένη* conjungatur tamquam epitheton cum *ἡ ἐνέργεια.* Utrumque habet sane quo defendatur; sed et aptius *ἀφωρισμένη* conjungitur cum *ἐνέργεια actus definitus, die bestimmte Wirklichkeit*, cf. *E*, 2. p. 1027a6 *δύναμις ὡρισμένη, Θ*, 8. p. 1049b6., et Alexandri interpretatione nominativus confirmatur: *ταύτης δὴ τῆς διαφορᾶς θάτερον μόριόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια, τό τε ὁρᾶν καὶ τὸ ἐγρηγορέναι, θάτερον δὲ τὸ δυνατόν, τό τε μύον καὶ τὸ καθεῦδον.* p. 781a18.

Θ, 9. p. 1051a7. (Br. 189, 9.) *ὅσα κατὰ τὸ δύνασθαι λέγεται, ταὐτόν ἐστι δυνατὸν τἀναντία, οἷον τὸ δύνασθαι λεγόμενον ὑγιαίνειν ταὐτόν ἐστι καὶ τὸ νοσοῦν, καὶ ἅμα.* Non id quod aegrotum est (*τὸ νοσοῦν*) idem valere potest, sed id quod potest aegrotare idem potest valere; namque *ταὐτόν ἐστι δυνατὸν τἀναντία.* Quamobrem pro *τὸ νοσοῦν* scribendum est *τὸ νοσεῖν* sc. *δύνασθαι λεγόμενον.* Fidem huic conjecturae faciunt et proxima verba Aristotelis *ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμις τοῦ ὑγιαίνειν καὶ κάμνειν, καὶ ἠρεμεῖν καὶ κινεῖσθαι κτλ.*, et explicatio Alexandri p. 784a47. *ὃ γὰρ δύναται ὑγιαίνειν, τοῦτο καὶ νοσεῖν ἅμα.*

I, 3. p. 1054a24. (Br. 198, 1.) Quaeritur quomodo unum et multa, *τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά* sibi inter se opposita sint. *ἐπεὶ οὖν αἱ ἀντιθέσεις τετραχῶς, καὶ τούτων κατὰ στέρησιν λέγεται θάτερον, ἐναντία ἂν εἴη, καὶ οὔτε ὡς ἀντίφασις*

οὔτε ὡς τὰ πρός τι λεγόμενα. Quattuor omnino oppositionis genera Aristoteles distinguit, *ἀντίφασιν, στέρησιν, ἐναντιότητα, τὰ πρός τι,* cf. *I,* 4. p. 1055a38; 7. p. 1057a33—37.; jam quum probare instituat unum et multa contraria inter se esse, *ἐναντία,* reliqua tria oppositionis genera *ἀντίφασις, στέρησις, τὰ πρός τι* pariter excludenda sunt. Hac ratione ductus si quis vel ex ingenio pro *καὶ τούτων κατὰ στέρησιν κτλ.* scripserit *καὶ οὔτε,* legentium assensum facile feret; sed accedit quod codex A^b pro *τούτων* particulam *οὔτε* exhibet, unde eam Brandisius in textum recepit. Alexandrum eandem in textu Aristotelis habuisse ex ejus interpretatione intelligitur: *ἐπεὶ δὲ αἱ ἀντιθέσεις τετραχῶς, τὸ ἓν καὶ τὰ πολλὰ ὡς τὰ ἐναντία ἀντίκειται, καὶ οὔτε ὡς τὰ πρός τι οὔτε ὡς ἕξις καὶ στέρησις οὔτε ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις.* p. 788a27. — Sed licet pro *τούτων* restituerimus id quod necessarium est *οὔτε,* nondum omnes dubitationes remotae erunt. Quum enim unum et multa contraria inter se esse ita comprobetur, ut tria reliqua oppositionis genera excludantur, apodosis *ἐναντία ἂν εἴη,* quae ex tribus demum generibus exclusis conficitur, non poterit excluso uni vel alteri postponi, quod nunc fit, sed aut omnibus postponenda est aut praeponenda omnibus. Quare suspicor hunc in modum enunciationem esse restituendam: *ἐπεὶ οὖν αἱ ἀντιθέσεις τετραχῶς, καὶ οὔτε κατὰ στέρησιν λέγεται θάτερον οὔτε ὡς ἀντίφασις οὔτε ὡς τὰ πρός τι, ἐναντία ἂν εἴη.*

I, 3. p. 1054b13. (Br. 198, 28.) Similes Aristoteles dicit eas res appellari, quae communes inter se notas plures habeant quam discrepantes. *τὰ δ᾽* (sc. *ὅμοια εἶναί φασιν*) *ἐὰν πλείω ἔχῃ ταὐτὰ ἢ ἕτερα, ἢ ἁπλῶς ἢ τὰ πρόχειρα, οἷον καττίτερος ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ, χρυσὸς δὲ πυρὶ ἢ ξανθὸν καὶ πυρρόν.* Similitudinem in his exemplis repeti videmus a re admodum manifesta et quae maxime in promptu sit (*τὰ πρόχειρα*), a colore. At quis tandem, qui non omni colorum sensu careat, plumbum album propter colorem et argento et auro comparaverit; immo plumbum album argento, auro aes componendum est *οἷον καττίτερος ἀργύρῳ ἢ χαλκὸς χρυσῷ.* Et hanc quidem lectionem Alexandrum in suo textu reperisse, non temere videmur inde colligere quod scribit ad hunc locum explicandum *ἂν δ᾽ ὁ μὲν* (sc. *ἀνδριάς*) *ᾖ χαλκοῦς ὁ δὲ χρυσοῦς λέγονται ὅμοιοι.* p. 788b37.

Definita similitudine Aristoteles transit ad differentiam, *διαφοράν,* quam a diversitate, *ἑτερότητι,* distinguit. Nimirum *τὸ διάφορον τινὸς τινὶ διάφορον, ὥστ᾽ ἀνάγκη ταὐτό τι εἶναι ᾧ διαφέρουσιν. τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ γένος ἢ εἶδος.* Quaecunque igitur inter se differunt, aut genere aut specie differre oportet. Quod deinde hac ratione comprobat: *πάντα γὰρ διαφέροντά τε φαίνεται, καὶ ταῦτα οὐ μόνον ἕτερα ὄντα ἀλλὰ τὰ μὲν τὸ γένος ἕτερα, τὰ δ᾽ ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ τῆς κατηγορίας, ὥστ᾽ ἐν ταὐτῷ γένει καὶ ταὐτὰ τῷ εἴδει. διώρισται δ᾽ ἐν ἄλλοις ποῖα τῷ γένει ταὐτὰ ἢ ἕτερα.* *I,* 3. p. 1055a2. (Br. 199, 25.) In extremis verbis manifestum mendum ab editoribus transmissum miror; neque enim iis, quae genere differunt, *τὸ γένος ἕτερα,* opponi possunt ea, quae eadem sunt specie, *ταὐτὰ τῷ εἴδει,* sed quae eadem sunt genere. Quare scribendum est, quod exhibent codd. $A^b F^b$, *καὶ ταὐτὰ τῷ γένει,* confirmante eandem lectionem Alexandro *ὥστε ἐν τῷ αὐτῷ γένει καὶ τὰ αὐτὰ τῷ γένει.* p. 789a22. Atque ita demum cum his verbis recte cohaerebunt proxima, ubi item opponuntur *τῷ γένει ταὐτὰ ἢ ἕτερα.* Remanere aliquam dubitationem de hujus loci interpretatione non diffitear, quoniam latius patere videtur si quid ad eandem praedicamenti seriem, quam si ad idem genus pertineat; sed augetur eadem difficultas si *τῷ εἴδει,* alioquin jam ineptum, retinueris; atque eandem fere definitionem ejus, quod genere unum idemque est, legimus *Δ,* 6. p. 1016b33. *γένει δ᾽* (sc. *ἓν ἐστιν*) *ὧν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς κατηγορίας.* cf. *Δ,* 28. p. 1024b12. *I,* 3. p. 1054b29,

unde emendatio nostra haud levem commendationem habere videtur. — Praeterea in principio enunciati pro *διαφέροντά τε* legendum suspicor *διαφέροντά τι*, i. e. omnia quae differunt apparet aliqua re differre, sicuti supra dixit *τὸ διάφορον τινὸς τινὶ διάφορον*. p. 1054b25.

Λ, 1. p. 1069a30. (Br. 240, 8.) *οὐσίαι δὲ τρεῖς, μία μὲν αἰσθητή, ἧς ἡ μὲν ἀΐδιος ἡ δὲ φθαρτή, ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα· ἡ δ' ἀΐδιος ἧς ἀνάγκη τὰ στοιχεῖα λαβεῖν, εἴτε ἓν εἴτε πολλά. ἄλλη δὲ ἀκίνητος, καὶ ταύτην τινὲς εἶναί φασι χωριστήν κτλ.* In principio enunciati ordo verborum manifesto perturbatus est; nam ferri non potest ut, quum substantia sensibilis his verbis divisa sit *ἧς ἡ μὲν ἀΐδιος ἡ δὲ φθαρτή*, deinde iteretur *ἡ δ' ἀΐδιος*. Neque hanc eorundem verborum repetitionem inde excuses, quod aliquid adjiciatur ad definiendam substantiam aeternam sensibilem, *ἧς ἀνάγκη κτλ.*; haec enim verba non esse referenda ad aeternam substantiam, sed omnino ad sensibilem substantiam, sive aeterna est sive corruptibilis, uti ex aliis metaphysicorum locis apparet, *Z*, 2. *H*, 1., ita recte animadvertit Alexander: *τὸ δὲ „ἧς ἀνάγκη τὰ στοιχεῖα λαβεῖν, εἴτε ἓν εἴτε πολλά“ οὐ τῆς ἀϊδίου οὐσίας λέγει, ἀλλὰ τῆς οὐσίας τῆς αἰσθητῆς, ἥτις καὶ κατὰ τῶν φθαρτῶν καὶ κατὰ τῶν ἀφθάρτων κατηγορεῖται σωμάτων· ταύτης δὴ τὰ στοιχεῖα ζητητέον*. p. 798b44. Itaque vix aliter loco medearis, nisi omisso altero *ἀΐδιος*; et priore quidem loco ut expungendum censeamus *ἀΐδιος ἡ δὲ*, eo movemur, quod fere adscendere solet Aristoteles a substantia corruptibili ad aeternam, cf. ll. ll. *Z*, 2. *H*, 1. Nec tamen hac conjectura universus locus suum in ordinem videtur restitutus esse. Quod enim dicit *ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν* non pertinere ad eam unice substantiam sensibilem, quae corruptioni obnoxia est, sed omnino ad sensibilem substantiam, aperte docemur principio octavi libri *H*, 1. *οὐσίαι δ' αἱ μὲν ὁμολογούμεναί εἰσιν ὑπὸ πάντων, περὶ δὲ ἐνίων ἰδίᾳ τινὲς ἀπεφήναντο. ὁμολογούμεναι μὲν αἱ φυσικαί, οἷον πῦρ γῆ —, ἔπειτα τὰ φυτὰ —, καὶ τὰ ζῷα —, καὶ τέλος ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ.* Pertinet igitur coelum cum partibus suis, ea est autem substantia sensibilis aeterna, ad id substantiarum genus, de quo inter omnes convenit. Inde si emendamus locum de quo agitur, hunc in modum videtur restituendus esse: *οὐσίαι δὲ τρεῖς, μία μὲν αἰσθητή, ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν, ἧς ἡ μὲν φθαρτή, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα, ἡ δ' ἀΐδιος, ἧς ἀνάγκη τὰ στοιχεῖα λαβεῖν κτλ.* Quodsi cui nimia licentia usi videamur in transponendis textus verbis, ad Alexandri interpretationem provocamus, quacum emendatio nostra, ex ipsis Aristotelis verbis petita, plane consentit. Schol. p. 798b38. *μία μέν, φησίν, οὐσία ἐστὶν ἡ αἰσθητή, ἣν ἅπαντες εἶναι ὁμολογοῦσιν· τὴν γὰρ νοητὴν καὶ θείαν πολλοὶ μὴ εἶναι ἀνοήτως ἀπεφήναντο, ὧν εἷς κτλ. — μία μὲν οὖν ἐστὶν οὐσία ἡ αἰσθητή, ἣν ἅπαντες ὁμολογοῦσι· ταύτης δὲ τῆς αἰσθητῆς ἡ μέν ἐστι φθαρτή, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα, ἡ δέ ἐστιν ἀΐδιος, οἷον αἱ σφαῖραι κτλ.*

Λ, 7. p. 1072b6. (Br. 248, 21.) *εἰ μὲν οὖν τι κινεῖται, ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν. ὥστ' εἰ ἡ φορὰ πρώτη, καὶ ἐνέργειά ἐστιν ᾗ κινεῖται· ταύτην δὲ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν κατὰ τόπον, καὶ εἰ μὴ κατ' οὐσίαν.* Apodosin posterioris enunciationis incipiendam esse a *ταύτην δὲ ἐνδέχεται*, apparet e verbis superioribus *εἴ τι κινεῖται, ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν*. Unde efficitur, ut ante *ταύτην* commate tantum distinguatur, et particula adversativa *δέ* mutanda sit in consecutivam *δή* vel in restrictivam *γέ* [1]). Deinde quum idem sit et in apodosi et in protasi subjectum *φορά*, non est cur

---

1) Eadem particula adversativa *δέ* falso in apodosi posita videtur *M*, 7. p. 1082b12. (Br. 276, 17.) *ἔτι εἰ ἅπασα μονὰς καὶ μονὰς ἄλλη δύο, ἡ δ' ἐκ τῆς δυάδος αὐτῆς μονὰς καὶ ἡ ἐκ τῆς τριάδος αὐτῆς δυὰς ἔσται κτλ.*, ubi vel prorsus omittenda est particula *δ'*, sicuti omissa est in cod. A^b et in versione Bessarionis, vel mutanda in *τ'*.

praecipua quadam cum gravitate *ταύτην* in principio apodosis ponatur. Illud vero gravius erat exprimendum, hac ratione, hoc modo posse lationem aliter se habere. Itaque, quum codd. *E*F[b] exhibeant *ταύτῃ* pro *ταύτην*, scribendum videtur *ταύτῃ*, et universus locus ita restituendus: *ὥστ' εἰ ἡ φορὰ πρώτη καὶ ἐνέργειά ἐστιν ᾗ κινεῖται, ταύτῃ γε ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν, κατὰ τόπον, καὶ εἰ μὴ κατ' οὐσίαν.* Fidem emendationi nostrae facit Alexandri interpretatio p. 805 b 16. *ἐὰν ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τοῦ οὐρανοῦ ἡ πρώτη φορά, διότι κινεῖται καὶ καθὸ ὅλως κίνησιν ἔχει, ταύτῃ λεχθήσεται ὡς ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν, ἤτοι κατὰ τόπον φέρεσθαι ἤτοι κύκλῳ κινεῖσθαι.*

Λ, 9. p. 1075 a 5. (Br. 255, 24.) Mens sive intelligentia (*νοῦς*) semet ipsam cogitat *αὑτὸν νοεῖ* (sc. *ὁ νοῦς*), *εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον, καὶ ἔστιν ἡ νόησις νοήσεως νόησις*, neque diversa est intelligentia cogitans ab eo quod intelligentia cogitat. *οὐχ ἑτέρου οὖν ὄντος τοῦ νοουμένου καὶ τοῦ νοῦ, ὅσα μὴ ὕλην ἔχει τὸ αὐτὸ ἔσται, καὶ ἡ νόησις τοῦ νοουμένου μία.* Extrema verba ut eam contineant sententiam, quam ratiocinandi nexus flagitat, idem esse et cogitans et cogitatum, pro genitivo *τοῦ νοουμένου* restituendus est dativus, quem Alexander ex suo textu Aristotelis affert: *τὰ γὰρ κυρίως νοητά, ὡς ἐν τῇ περὶ ψυχῆς εἴρηται, νοῖ εἰσὶ καὶ οἱ νοῖ νοητά. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἡ νόησις τῷ νοουμένῳ μία, τουτέστιν ἡ αὐτή.* p. 810 a 38. Ipsa Aristotelis verba Alexandrum afferre inde apparet, quod explicationem adjicit *τουτέστιν ἡ αὐτή.*

Λ, 10. p. 1075 b 5. (Br. 257, 7.) Aristoteles veteres philosophos reprehendit, quod non aperte declaraverint, qua ratione summum bonum in principiis ponerent, *πότερον ὡς τέλος ἢ ὡς κινῆσαν ἢ ὡς εἶδος. ἀτόπως δὲ καὶ Ἐμπεδοκλῆς. τὴν γὰρ φιλίαν ποιεῖ τὸ ἀγαθόν. αὕτη δ' ἀρχὴ καὶ ὡς κινοῦσα —, καὶ ὡς ὕλη —. εἰ δὴ καὶ τῷ αὐτῷ συμβέβηκεν ὡς ὕλῃ καὶ ἀρχῇ εἶναι καὶ ὡς κινοῦντι, ἀλλὰ τό γ' εἶναι*

οὐ ταὐτό. Transponendam esse in ultima enunciatione particulam *καί*, ita quidem ut scribatur *καὶ ὡς ὕλῃ ἀρχῇ εἶναι καὶ ὡς κινοῦντι*, ex superioribus verbis apparet. Confirmat hanc emendationem interpretatio Alexandri p. 811 b 28. *τοῦτο θεὶς λέγει, εἰ καὶ συγχωρήσομεν τὴν φιλίαν τῷ ὑποκειμένῳ εἶναι καὶ ὡς ὕλην καὶ ὡς κινοῦν, ἀλλὰ τῷ γε λόγῳ διαφέροι ἂν πάντως*, et versio Bessarionis: *si etiam eidem accidat et ut materiae principio esse et ut moventi.*

M, 3. p. 1078 a 20. (Br. 264, 26.) *εἴ τις θέμενος κεχωρισμένα τῶν συμβεβηκότων σκοπεῖ τι περὶ τούτων ᾗ τοιαῦτα, οὐθὲν διὰ τοῦτο ψεῦδος ψεύσεται, ὥσπερ οὐδ' ὅταν ἐν τῇ γῇ γράφῃ καὶ τὴν ποδιαίαν φῇ μὴ ποδιαίαν· οὐ γὰρ ἐν ταῖς προτάσεσι τὸ ψεῦδος.* Alexander posteriorem loci partem sic interpretatur *ἐπεὶ οὐδ' ὁ ἐν τῷ ἐδαφίῳ τὴν μὴ ποδιαίαν ως ποδιαίαν γράφων ψεύδεται· οὐ γὰρ ἐν τῇ προτάσει τὸ ψεῦδος ἀλλ' ἐν τῇ καταγραφῇ.* p. 816 b 40., unde intelligimus articulum *τήν* in ejus textu non ad prius sed ad posterius *ποδιαίαν* appositum fuisse, *καὶ ποδιαίαν φῇ τὴν μὴ ποδιαίαν.* Ac multo sane aptior haec est lectio; geometra enim saepe de linea, quam pro arbitrio duxit, ita agit quasi certam quandam habeat longitudinem, veluti pedalem, etsi revera non est pedalis. Ponit igitur pedalem esse eam lineam, quae fortasse non est pedalis. Nec vero aptiorem tantum, sed genuinam esse hanc lectionem ad liquidum perducitur, si comparaveris proximi libri locum, ubi de simili re eodem exemplo Aristoteles utitur. *M*, 2. p. 1089 a 21. *διὸ καὶ ἐλέγετο ὅτι δεῖ ψεῦδός τι ὑποθέσθαι, ὥσπερ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ ποδιαίαν εἶναι τὴν μὴ ποδιαίαν κτλ.*, et *I*, 1. p. 1052 b 32. *ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς γραμμαῖς χρῶνται ὡς ἀτόμῳ τῇ ποδιαίᾳ.* Quantopere autem in ejusmodi exemplis sibi constet Aristoteles satis est notum.

M, 8 p. 1084 a 23. (Br. 281, 5.) Aristoteles eorum sententiam refutat, qui *τὰς ἰδέας ἀριθμοὺς εἶναι* dicunt, et quantas in difficultates necessario incidant demonstrat. *καὶ*

εἰ μέρος ὁ ἐλάττων (sc. *ἀριθμός*) *τοῦ μείζονος, ὁ ἐκ τῶν συμβλητῶν μονάδων τῶν ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ· εἰ δ' ἡ τετρὰς αὕτη ἰδέα τινός ἐστιν, οἷον ἵππου ἢ λευκοῦ, ὁ ἄνθρωπος ἔσται μέρος ἵππου, εἰ δυὰς ὁ ἄνθρωπος.* Mutanda primum videtur enunciati distinctio. Verba enim haec *ὁ ἐκ τῶν συμβλητῶν μονάδων τῶν ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ* non continent apodosin, quae pertineat ad protasin *εἰ μέρος ὁ ἐλάττων τοῦ μείζονος*, sed hanc ipsam protasin accuratius definiunt; agi nimirum de eo genere numerorum idealium, in quo uniuscujusque numeri unitates inter se combinabiles sint, diversorum vero numerorum unitates non combinabiles. Itaque continuanda est protasis ad ea usque verba, quae futuro tempore verbi *ἔσται* manifestum prae se ferunt signum apodosis, *ὁ ἄνθρωπος ἔσται κτλ.*, et commutato colo, quod est ante *εἰ δ' ἡ τετράς*, in comma, haec conditio accipienda est tamquam subjecta et subordinata superiori. Quod si recte collegimus, inde consequetur ut particula adversativa *δέ* commutetur in *δή*. Pro *αὕτη* autem recipiendum videtur *αὐτή* e cod. *T*, quocum consentit interpretatio Bessarionis; neque enim agitur de hoc numero quaternario, sed de numero quaternario ipso per se, i. e. eo in quo ideae vis et natura inest. — Quae ex ipsa loci sententia repetivimus, eadem confirmata videmus commentario Alexandri p. 820 b36. *ἀλλὰ κἂν εἰ ἔστιν ὁ ἐλάττων ἀριθμὸς μέρος τοῦ μείζονος ἀριθμοῦ, συμβληταὶ δὲ καὶ αἱ ἐν τῷ ἀριθμῷ μονάδες, ἐπειδὴ ἐν τῇ αὐτοτετράδι τέσσαρές εἰσι μονάδες καὶ συμβληταὶ ἀλλήλαις, εἰ ἔστιν ἡ αὐτοτετρὰς κτλ.* (Reliquam interpretationis partem omissam esse a Brandisio doleo.) Universus locus inde ita videtur conformandus et interpretandus: *καὶ εἰ μέρος ὁ ἐλάττων τοῦ μείζονος, ὁ ἐκ τῶν συμβλητῶν μονάδων τῶν ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ, εἰ δὴ ἡ τετρὰς αὐτὴ ἰδέα τινός ἐστιν, οἷον ἵππου ἢ λευκοῦ, ὁ ἄνθρωπος ἔσται μέρος ἵππου, εἰ δυὰς ὁ ἄνθρωπος*, i. e. si in eo numerorum genere, in quo ejusdem numeri unitates combinabiles ponuntur, minor numerus

pars est majoris, inde consequitur, ut homo pars sit equi, siquidem quaternarius numerus idealis idea est alicujus veluti equi vel albi, binarius vero hominis.

V.

Ex his locis satis apparebit, quantum ad emendandum Aristotelis textum veteres commentatores valeant, quantumque fructum novissimae editionis conditores inde capere potuerint, si edendi et explicandi philosophi operam non prorsus sejunxissent, sed ipsa interpretatione ad textum melius constituendum usi essent. Quod quum omissum sit ab illis viris doctissimis vereor ut quisquam plene ac perfecte supplere possit, nisi operam ingentem taediique plenam, quam illi exantlaverunt, eandem denuo in se receperit. Etenim quod commentarii non integri, sed excerpta ex iis editioni adjecta sunt, interpretationi quidem praeclarissime provisum videtur, ut lectores potissima quaeque et gravissima ex interpretatione veterum in promptu habeant, neque eorum verbositate ac nugis fatigentur, sed haud scio an haec excerpendi ratio critico usui parum apta sit; neque enim dubito quin multis locis, ubi vel nulla vel non integra veterum interpretatio exhibetur, de ipso Aristotelis textu constituendo aliquid inde vel cognosci vel conjici possit. Praeterea is unice, qui omnibus in locis codicum manuscriptorum lectiones cum eo textu comparaverit, quem commentatores ante oculos habuisse ex eorum interpretatione intelligas, de auctoritate codicum certum judicium ferre et accedere ad quandam textus Aristotelici historiam poterit; quod quidem ex varietate lectionis in

novissima editione satis parce enotata et ex epitome commentariorum vix videtur confici posse.

Sed quum plurimum tribuendum censeam Graecis Aristotelis commentatoribus et magnopere doleam critico eorum usu neglecto magnam partem intercidisse ejus operae, qua summi viri de edendo Aristotele praeclare meriti sunt, longe tamen absum ab ea sententia, ut veteres interpretes, veluti ipsum Alexandrum Aphrodisiensem, textum prorsus integrum et mendis liberum habuisse putem. Immo jam tum metaphysicorum textum passim mendis inquinatum fuisse ut per se consentaneum est, ita ex certis indiciis demonstari potest. Ipse Alexander quum interpretis, non critici partes agat, est tamen ubi spreta codicum suorum lectione ad conjecturam confugiat. Habemus ejus rei exemplum in quinto libro. Etenim *Δ*, 6. p. 1016b11. (Br. 96, 27.), ubi exponitur, quot modis dicatur unum, *ποσαχῶς λέγεται τὸ ἕν*, in Bekkeriana editione haec exhibentur: *ἐπεὶ δ' ἔστι μὲν ὡς ὁτιοῦν ἓν φαμεν εἶναι, ἂν ᾖ ποσὸν καὶ συνεχές, ἔστι δ' ὡς οὔ, ἂν μή τι ὅλον ᾖ, τοῦτο δ' ἂν μὴ τὸ εἶδος ἔχῃ ἕν· οἷον οὐκ ἂν φαῖμεν κτλ.* Licet longius continuatam enunciationem esse putes, frustra apodosin quaeras, quae ad protasin *ἐπεὶ δ' ἔστι κτλ.* referatur. At eandem enunciati formam jam Alexandrum in textu habuisse, ex ejus interpretatione manifestum est, quod dicit p. 699 a12. *δοκεῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη ἐλλιπῶς εἰρῆσθαι· προθεὶς*[1]) *γὰρ „ἐπεὶ δ' ἔστι μὲν ὡς κτλ." οὐκέτι οὐδὲν πρὸς τοῦτο ἀπέδωκε· λείπει γὰρ τὸ εἴη ἄν τις καὶ οὗτος ἑνὸς τρόπος, ἤ τι τοιοῦτον.* Sed quis credat ejusmodi ellipsin admitti posse, ut quum scriptor nihil aliud agat, nisi ut diversas significationes notionis *τὸ ἓν* enumeret, protasin talem incipiat: *quoniam quodammodo unum dicimus, quidquid continuum est, quodammodo non*, ac deinde apodosin, in qua omnis disputationis vis cernitur: *haec etiam erit ejus notionis τὸ ἓν significatio*, omittat. Immo quum enumeret diversas significationes et alteram alteri adjiciat, consentaneum est eum ea particula usum esse, quae in enumerando frequens ac sollennis apud eum est, *ἔτι*[1]). Confer, si omnino opus videtur, ex eodem capite p. 1016a17. *ἔτι ἄλλον τρόπον ἓν λέγεται.* a32. *ἔτι δὲ ἓν λέγεται ὅσων.* b31. *ἔτι δὲ τὰ μὲν κατ' ἀριθμόν ἐστιν ἕν.* Atque idem jam conjecit Alexander *εἴη δ' ἂν σαφὴς ἡ λέξις καὶ τὸ ἀκόλουθον σώζουσα, εἰ εἴη γεγραμμένον ἀντὶ τοῦ „ἐπεὶ δ' ἔστι μὲν ὡς ὁτιοῦν" τὸ ἔτι δὲ ἔστι μὲν ὡς ὁτιοῦν.* p. 699a18.

1) Sic scribendum pro *προσθεὶς*, quod Brand. exhibet.

Plura exempla afferre possumus, quibus Alexander a vulgato tum textu non ita tantum recedit, ut aliam lectionem aptiorem, sed ut necessariam esse dicat, sed quoniam longiorem disputationem requirunt, vel supra examinata sunt, vel infra tractabuntur[2]). Hoc loco ea significasse sufficiet, ut intelligatur ne ipsum quidem Alexandrum textum quem habuit prorsus integrum putasse, sed quum plurima brevitati et obscuritati Aristotelis concederet, saepius tamen eo adactum esse, ut ex ingenio textum emendare tentaret. Sed illud etiam usu venit, ut lectio, quae et corruptelam manifestam habeat et facillimam emendationem admittat, a Graecis interpretibus sine ulla dubitatione explicetur. Huc pertinet *M*, 8. p. 1083a13. (Br. 278, 1.) Quaerit ibi Aristoteles, quum adversus philosophicam numerorum doctrinam disputet, quae possit ipsius numeri et unitatum differentia esse. *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ τὸ ποιὸν διαφέρειν ἐνδέχεται* (sc. *τὰς μονάδας*). — *ἔτι οὔτ' ἂν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τοῦτ'* (sc. *τὸ ποιόν*) *αὐταῖς γένοιτο οὔτ' ἂν ἀπὸ τῆς δυάδος· τὸ μὲν γὰρ οὐ ποιόν, ἡ δὲ ποσὸν ποιόν.* Ultima verba nec per se aptum sensum efficiunt,

1) Unus cod. *T* exhibet *ἔτι*; sed de ejus libri auctoritate cf. p. 40.
2) *B*, 6. p. 1002b24, supra p. 37. *Γ*, 4. p. 1007a34.

quum intelligi nequeat quid Aristoteles dicere possit q u a n t u m q u a l e, et ipsi ratiocinationis consilio repugnant; nam si est *δυὰς ποσὸν ποιόν,* qualitas, quae ei tribuitur, inde etiam pertinebit ad numeros ex unitate et indefinita dyade progenitos. Legendum esse, quae est duorum codd. scriptura, *ποσοποιόν* nemo infitiabitur, qui proxima verba attente comparaverit, quibus ipsum nomen *ποσοποιός* explicatur: *τοῦ γὰρ πολλὰ τὰ ὄντα εἶναι αἰτία αὐτῆς ἡ φύσις.* Cf. adjectiva similia ab Aristotele inventa et usurpata *ἑνοποιός H,* 5. p. 1045 b 17., *δυοποιός M,* 7. p. 1082 a 15, 8. p. 1083 b 36. Emendatio adeo et lenis est et evidens, ut nihil ad eam commendandam adjiciamus. In scholiis vero lectionem *ποσὸν ποιόν* ita explicatam videmus, ut ne dubitatio quidem de ejus veritate moveatur *τὸ μὲν γὰρ ἓν ἄποιον, ἡ δὲ ἅμα ποσοῦ καὶ ποιοῦ αἰτία* p. 820 a 31., quamquam ex ipsa hac interpretatione manifesto apparet, quam inepta illa lectio sit. Hanc interpretandi levitatem minus mireris in commentariis ad posteriorem partem metaphysicorum scriptis, qui Alexandri Aphrodisiensis nomine feruntur; multo enim minoris momenti eos esse nec dignos Alexandri ingenio acumine sollertia, verissime Brandisius videtur significasse (Schol. p. 734 a not.). Sed in ipsis etiam Alexandri ad quinque priores libros commentariis interdum invenias, ubi explicare laboret, quae emendanda erant. Ita copiose disserit de loco libri primi *Α,* 7. p. 988 b 2. (Br. 22, 29.) *τὸ δὲ τί ἦν εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν σαφῶς μὲν οὐθεὶς* (sc. *τῶν πρότερον φιλοσόφων*) *ἀπέδωκε, μάλιστα δ' οἱ τὰ εἴδη τιθέντες λέγουσιν· οὔτε γὰρ ὡς ὕλην τοῖς αἰσθητοῖς τὰ εἴδη καὶ τὰ ἐν τοῖς εἴδεσιν, οὐθ' ὡς ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως γιγνομένην ὑπολαμβάνουσιν κτλ.*; sed licet attente ejus interpretationem verbosam et subtilem legeris et relegeris, vix tamen inde intelligere poteris, quid tandem sibi velit *τὰ ἐν τοῖς εἴδεσιν.* Nimirum una literula mutata scribendum

erat *καὶ τὸ ἓν τοῖς εἴδεσιν.* Rebus enim ideae, ideisque ipsis unum caussa est, non tamquam materia vel movens, sed tamquam notio substantialis. Atque hoc proximis verbis adeo aperte Aristoteles dicit, ut miremur adhuc hoc mendum editionibus inhaerere: *ἀλλὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ τῶν ἄλλων* (i. e. *τοῖς αἰσθητοῖς*) *τὰ εἴδη παρέχονται, τοῖς δ' εἴδεσι τὸ ἕν*; et paullo ante *Α,* 6. p. 988 a 13. *καθ' ἧς τὰ εἴδη μὲν ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ δ' ἓν ἐν τοῖς εἴδεσι γίνεται.*

Manifestum est ex his exemplis, quum summa sit Graecis commentatoribus auctoritas tribuenda in textu Aristotelis constituendo et emendando, esse tamen ubi depravatio textus ultra eorum aetatem recedat, sive animadversa ab illis, sive non animadversa. Itaque non vereor ne audaciae vel levitatis incuser, si aliquot metaphysicorum locos tentaverim, in quibus conjecturas meas vel non possim confirmare e veteribus commentatoribus, vel etiam aperte recedere videam ab eorum textu. Pauca ejusmodi in priore metaphysicorum parte inveni (*Α—Δ*), plura in posteriore, cujus et textus mendosior est et commentarii multo minorem habent auctoritatem.

Α, 9. p. 992 b 31. (Br. 34, 10.) Errare Aristoteles eos dicit, qui *ἁπάντων τῶν ὄντων* elementa et caussas quaerant ejusque rei scientiam esse opinentur; inde enim consequens esse, ut nihil ante cognovisse possit, qui hanc scientiam quaerat (*οὐθὲν οἷόν τε προϋπάρχειν γνωρίζοντα πρότερον*), omnem vero scientiam fieri ex antecedenti cognitione: *καίτοι πᾶσα μάθησις διὰ προγιγνωσκομένων ἢ πάντων ἢ τινῶν ἐστί, καὶ ἢ δι' ἀποδείξεως ἢ δι' ὁρισμῶν.* At non id agit philosophus, ut quot sint cognoscendi genera discernat et disjungat, sed ut, quotquot sint, conjungat et omnia cognitionem antecedentem requirere demonstret; quare non disjunctivis particulis *ἢ - ἤ*, sed conjunctivis utendum erat, quibus utitur Anal. post. I, 1., ubi de eadem re eundem

in modum disserit. Deinde ipsum dilemma quod proposuit ne verum quidem est ac plenum; neque enim demonstratio et definitio unica sunt cognoscendi genera, sed accedit tertium genus inductionis. His de caussis ita emendandum locum arbitror ut particula *καί* ante *ἡ δι' ὁρισμῶν* interponatur, quo facto etiam cum proximis verbis haec multo aptius cohaerebunt et concinent, quam e vulgata textus scriptura: *πᾶσα μάθησις διὰ προγιγνωσκομένων —, καὶ ἡ δι' ἀποδείξεως καὶ ἡ δι' ὁρισμῶν· δεῖ γὰρ ἐξ ὧν ὁ ὁρισμὸς προειδέναι καὶ εἶναι γνώριμα· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δι' ἐπαγωγῆς.* — Alexander quid in textu habuerit ex ejus interpretatione non satis certo cognosci potest; etenim ex priore explicationis parte p. 585b39. suspicari possis eum particulas disjunctivas *ἤ-ἤ* in textu invenisse, posteriore tamen ejusdem explicationis parte p. 586a3—11. eo deducaris, ut eum eadem fere verba, quae nos restituimus, ante oculos habuisse putes. Quare neutram in partem ejus auctoritas videtur interponi posse.

B, 4. p. 1001a28. (Br. 56, 8.) Veterum philosophorum alii unum et ens in principiis rerum ita posuerunt, ut substantias esse statuerent, alii ita ut ad aliud substratum referrent *ὡς ὑποκειμένης ἄλλης φύσεως* p. 1001a8. (Cf. supra p. 40.). Aristoteles de hac controversia ita disserit, ut dialectice quid ex utraque sententia consequatur exponat. *εἰ δ' ἔστι τι αὐτὸ ἓν καὶ ὄν, ἀναγκαῖον οὐσίαν αὐτῶν εἶναι τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν· οὐ γὰρ ἕτερόν τι καθόλου κατηγορεῖται, ἀλλὰ ταῦτα αὐτά.* Prior enunciati pars facilis est ad intelligendum: si quid est ipsum unum et ipsum ens, oportet unum et ens substantias esse. Substantiam enim, *οὐσίαν*, dici notum est id quod *αὐτὸ καθ' αὑτό* exsistat. Sed quid significent proxima verba *neque enim aliud universe praedicatur, sed haec ipsa* difficile est dictu, neque ex Alexandri commentario, licet duas explicandi rationes optioni proponat, certi quidquam depromas.

Accedit ad obscuritatem sententiae grammatica dubitatio, quod ad *κατηγορεῖται* objectum quo referatur desideratur. Sed hoc certe constat, quum per particulam *γάρ* haec enunciatio superiori subjiciatur, debere in ea significatam esse naturam substantiae. Jam vero substantia eo discernitur a reliquis praedicamentis, quod ipsa per se est neque de alio praedicatur, cui quasi inhaereat. *Δ*, 8. p. 1017b13. *λέγεται οὐσία ὅτι οὐ καθ' ὑποκειμένου, ἀλλὰ κατὰ τούτων τὰ ἄλλα.* *Z*, 3. p. 1029a8. *ἡ οὐσία — τὸ μὴ καθ' ὑποκειμένου ἀλλὰ καθ' οὗ τὰ ἄλλα.* ibid. p. 1029 a21. de reliquis praedicamentis qualitatis, quantitatis cet. dicit *ἔστι γάρ τι καθ' οὗ κατηγορεῖται τούτων ἕκαστον, ᾧ τὸ εἶναι ἕτερον καὶ τῶν κατηγοριῶν ἑκάστῃ.* Inde colligas nostro loco pro *καθόλου* scribendum esse *καθ' οὗ*, ut haec sit enunciati sententia: si quid est ipsum per se unum et ens, substantiam esse oportet; neque enim aliud quidquam est, de quo praedicetur unum vel ens, sed haec ipsa. Quod si meminerimus pro *τοῦτο καθ' οὗ κατηγορεῖται* prorsus eodem sensu dici posse *τὸ ὑποκείμενον*, quippe quod significet id ipsum, cui praedicatum aliud inhaereat, ex ipsis Aristotelis verbis conjecturam confirmari videmus. Sententiam enim eorum philosophorum, qui non cum Pythagoreis vel Platonicis ipsum ens et ipsum unum ponant, ita describit, ut eos *ἕτερόν τι ὑποκείμενον* statuere dicat. Cf. *B*, 4. p. 1001a7. *τί ποτ' ἔστι τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ὡς ὑποκειμένης ἄλλης φύσεως.* *B*, 1. p. 996a5. *πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων ἔλεγεν, οὐχ ἕτερόν τί ἐστιν ἀλλ' οὐσία τῶν ὄντων, ἢ οὔ, ἀλλ' ἕτερόν τι τὸ ὑποκείμενον.*

Huic loco, quem proxime tractavimus, adeo similis legitur in quarto libro, ut alterius emendatio ex altero videatur fidem accipere. *Γ*, 4. p. 1107a34. (Br. 71, 26.) Aristoteles ut eorum sententiam refellat, qui de qualibet re simul et affirmationem et negationem vere praedicari

contendant, inde consequi docet, ut omnia sint accidentia et omnino tollatur substantia. *ὅλως δ' ἀναιροῦσιν οἱ τοῦτο λέγοντες οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι. πάντα γὰρ ἀνάγκη συμβεβηκέναι φάσκειν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὅπερ ἀνθρώπῳ εἶναι ἢ ζῴῳ εἶναι μὴ εἶναι*[1]). Hoc ubi exposuit his deinde verbis argumentationem persequitur: *εἰ δὲ πάντα κατὰ συμβεβηκὸς λέγεται, οὐθὲν ἔσται πρῶτον τὸ καθόλου, εἰ ἀεὶ τὸ συμβεβηκὸς καθ' ὑποκειμένου τινὸς σημαίνει τὴν κατηγορίαν. ἀνάγκη ἄρα εἰς ἄπειρον ἰέναι.* Accidens, *τὸ συμβεβηκός*, semper ad aliud refertur, de quo praedicetur, sive dicitur semper *καθ' ὑποκειμένου*, nunquam ipsum est *ὑποκείμενον.* Itaque si omnia *κατὰ συμβεβηκός* dicantur, ita ut ad aliud referantur, non erit *πρῶτον ὑποκείμενον* vel *πρώτη οὐσία*, non erit quo referantur omnia, ipsum vero non referatur alio; substantiam igitur prorsus tollunt, qui omnia accidentia esse statuant. Hanc oportere sententiam inesse iis verbis, quae e textu exhibuimus, ex argumentandi ordine manifestum est; itaque legendum *οὐθὲν ἔσται πρῶτον τὸ καθ' οὗ*, quod idem est ac *πρῶτον ὑποκείμενον* et consentit cum superioribus verbis *ἀναιροῦσι τὴν οὐσίαν.* Lectio *τὸ καθόλου* quantopere repugnet proximis verbis *εἰ ἀεὶ τὸ συμβεβηκὸς καθ' ὑποκειμένου τινός κτλ.* maxime apparebit coll. *Z*, 13. p. 1038b15. *ἔτι οὐσία λέγεται τὸ μὴ καθ' ὑποκειμένου, τὸ δὲ καθόλου καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται ἀεί*, unde intelligimus, *τὸ συμβεβηκός* et *τὸ καθόλου* ex Aristotelis sententia ea re non discrepare sed concinere, quod utrumque *καθ' ὑποκειμένου* dicitur. Alexander ubi frustra operam posuit in explicanda lectione *τὸ καθόλου*, ipse deinde hanc conjecturam proponit *δύναται γεγράφθαι „οὐθὲν ἔσται πρῶτον τὸ καθ' οὗ" τουτέστι τὸ πρῶτον καὶ ὑποκείμενον.* p. 660b3.

Γ, 8. p. 1012b9. (Br. 85, 23.) Eos qui vel omnia vera

1) In Bekk. edit. falso ante *μὴ εἶναι* commate distinctum est.

vel falsa omnia esse contendant ita refellendos Aristoteles existimat, ut et ea omnia, de quibus agant, et ipsas veri et falsi notiones definire cogantur, *ἐξ ὁρισμοῦ διαλεκτέον λαβόντας τί σημαίνει τὸ ψεῦδος ἢ τὸ ἀληθές.* Jam ita pergit: *εἰ δὲ μηθὲν ἄλλο ἢ τὸ ἀληθὲς φάναι ἢ ἀποφάναι ψεῦδός ἐστιν, ἀδύνατον πάντα ψευδῆ εἶναι.* Eandem lectionem jam Alexander habuit, et qui inesse debeat sensus recte his verbis explicuit: *εἰ μηδὲν ἄλλο τὸ ἀληθές ἐστιν ἢ οὕτως ἔχον φάναι οὕτως ἔχον, καὶ πάλιν τὸ οὕτως ἔχον ἀποφάναι ψεῦδος, δῆλον ὡς κτλ.* p. 685b2; sed quomodo haec sententia ex ipsis textus verbis recte repeti posset demonstrare omisit. Acquiescit enim in eo ut dicat *τὸ λεγόμενον ἀσαφῶς μὲν εἴρηται, εἴη δ' ἂν τοιοῦτον.* At non obscure solum, sed falso dictum est. Quaesivit enim Aristoteles quid significet verum et falsum; jam si pergit *εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο ἤ*, ad *ἤ* adjiciendum est praedicatum enunciati *φάναι ἢ ἀποφάναι*, non subjectum *τὸ ἀληθές.* Itaque multo sane praestantior ea est lectio, cujus deinde Alexander mentionem facit *εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο τὸ ἀληθὲς ἢ φάναι καὶ ἀποφάναι καὶ τὸ ψεῦδός ἐστιν*, ex qua fortasse orta est scriptura cod. *A*[b] *εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο τὸ ἀληθὲς φάναι κτλ.* Et hanc quidem lectionem Alexander sic explicat: *εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο τὸ ἀληθὲς σημαίνει ἢ τὸ καταφῆσαί τι* (sc. *τὸ ὄν*) *ἢ ἀποφῆσαι* (sc. *τὸ μὴ ὄν*), *καὶ τὸ ψεῦδος ὁμοίως.* Recte ille quidem, at illud *ὁμοίως* vereor ut omitti potuerit; quod si voluisset scriptor, ita conjungenda erant *τὸ ἀληθές* et *τὸ ψεῦδος*, ut alterum juxta alterum poneretur *τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος.* Itaque quum ne in hac quidem lectione videatur acquiesci posse, videndum si forte leni mutatione enunciationem suum in ordinem possimus restituere. Videmur autem optime ab ipso Aristotele ad inveniendam genuinam scripturam duci. Paullo ante enim de eadem fere re haec dicit *Γ*, 7. p. 1011b25. *δῆλον ὁρισαμένοις τί τὸ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος. τὸ μὲν γὰρ λέγειν τὸ ὂν μὴ εἶναι ἢ*

τὸ μὴ ὂν εἶναι ψεῦδος, τὸ δὲ τὸ ὂν εἶναι καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι ἀληθές, ὥστε καὶ ὁ λέγων εἶναι ἢ μὴ ἀληθεύσει ἢ ψεύσεται. Extremis in verbis si pro *ὁ λέγων εἶναι ἢ μὴ εἶναι* posueris, quae eandem vim habent, *ὁ φὰς ἢ ἀποφάς,* ad eandem fere formam pervenies, quam nostro in loco genuinam fuisse arbitror. Suspicor enim hunc in modum esse illam enunciationem emendandam: *εἰ δὲ μηθὲν ἄλλο ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδός ἐστιν, ἀδύνατον κτλ.* Ita si scripseris, ex ipsis verbis eam repetere poteris sententiam, quam Alexander vulgatae lectioni magis debere inesse significavit (*εἴη ἂν τοιοῦτον*), quam re vera inesse docuit.

E, 3. p. 1027a34. (Br. 126, 15.) *πότερον γὰρ ἔσται τοδὶ ἢ οὔ; ἐάν γε τοδὶ γένηται· εἰ δὲ μή, οὔ. τοῦτο δὲ ἄλλο. καὶ οὕτω δῆλον ὅτι ἀεὶ χρόνου ἀφαιρουμένου ἀπὸ πεπερασμένου χρόνου ἥξει ἐπὶ τὸ νῦν.* Pro *τοῦτο δὲ ἄλλο* scribendum esse *τοῦτο δ' ἐὰν ἄλλο* et ex ordine sententiarum intelligitur, et proximis verbis confirmatur *ὥστε ὅδε ἀποθανεῖται νόσῳ ἢ βίᾳ, ἐάν γε ἐξέλθῃ· τοῦτο δ' ἐὰν διψήσῃ· τοῦτο δὲ ἐὰν ἄλλο· καὶ οὕτως ἥξει εἰς ὃ νῦν ὑπάρχει,* quocum conferendus est libri undecimi locus, quo de eadem re agitur *K*, 8. p. 1065a16. *ἡ γὰρ αὔριον ἔκλειψις γενήσεται ἂν τόδε γένηται, τοῦτο δ' ἂν ἕτερόν τι, καὶ τοῦτ' ἂν ἄλλο. καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἀπὸ πεπερασμένου χρόνου τοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν μέχρι αὔριον ἥξει ποτὲ εἰς τὸ ὑπάρχον.* Bessarion nostro loco eam lectionem habuisse videtur, quam de conjectura dedimus, quod vertit: *hoc vero, si aliud.*

Z, 4. p. 1030a1—3. (Br. 133, 9—12.) In ea disputatione, quam de natura notionis substantialis, *τοῦ τί ἦν εἶναι*, instituit, Aristoteles primum demonstrat non contineri notione substantiali nisi quae ipsi rei per se adsignentur, *ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ*[1]) *ὃ λέγεται καθ' αὑτό.*

1) Cf. supra p. 95.

p. 1029b14. Deinde quaerit, num notio substantialis etiam ad eas res pertineat, in quibus ad substantiam aliud quoddam praedicamentum qualitatis, quantitatis cet. accedat *ἐπεὶ δ' ἔστι καὶ κατὰ τὰς ἄλλας κατηγορίας σύνθετα —, σκεπτέον ἆρ' ἔστι λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ αὐτῶν, καὶ ὑπάρχει καὶ τούτοις τὸ τί ἦν εἶναι, οἷον λευκῷ ἀνθρώπῳ τί ἦν λευκῷ ἀνθρώπῳ. ἔστω δὴ ὄνομα αὐτῷ ἱμάτιον. τί ἐστι τὸ ἱματίῳ εἶναι;* Jam dixerit quispiam, hominem album non esse e numero eorum quae per se dicantur, *ὅσα καθ' αὑτὸ λέγεται,* ideoque non esse ejus notionem substantialem. Hanc ut removeat dubitationem Aristoteles exponit, quid sit *οὐ καθ' αὑτὸ λέγεσθαι.* Nimirum si quis in definienda notione vel addiderit aliquid ad rem definiendam vel inde detraxerit, tum eam non per se dici, veluti si definiturus album notionem proposuerit hominis albi, vel definiturus hominem album unice definierit album. *τὸ δὲ* (sc. *οὐ καθ' αὑτὸ λέγεται*) *τῷ ἄλλο αὐτῷ* (sc. *δεῖν προσκεῖσθαι.* cf. Alex. p. 743b9.), *οἷον εἰ σημαίνοι τὸ ἱμάτιον λευκὸν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ὁρίζοι τὸ ἱμάτιον ὡς λευκόν. τὸ δὴ λευκὸς ἄνθρωπος ἔστι μὲν λευκόν, οὐ μέντοι τί ἦν εἶναι λευκῷ εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἱματίῳ εἶναι. ἆρα ἔστι τί ἦν εἶναί τι ἢ ὅλως ἢ οὔ; ὅπερ γάρ τι ἦν εἶναι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι· ὅταν δ' ἄλλο κατ' ἄλλου λέγηται, οὐκ ἔστιν ὅπερ τόδε τι, οἷον ὁ λευκὸς ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ὅπερ τόδε τι, εἴπερ τὸ τόδε τι ταῖς οὐσίαις ὑπάρχει μόνον.* Haec verba tantis difficultatibus lectorem impediunt, ut vix mihi persuadeam ea sana esse posse. Nam primum quidem quod exhibetur *τὸ δὴ λευκὸς ἄνθρωπος,* particula *δή* non est apta ad significandum ratiocinandi nexum; manifesto enim haec verba superioribus opponuntur *si quis definierit hominem album tamquam album per se; at homo albus est quidem album aliquid, nec tamen ipsum album.* Hanc ut efficiamus sententiam, quae unice loco apta esse videtur, recipienda est e cod. *T* particula *δέ* pro *δή.* Deinde duplex oritur dubitatio in pro-

ximis verbis *ἆρα ἔστι τί ἦν κτλ.*, grammatica altera, altera philosophica. Licet enim scribendi elegantiam non quaesiveris in Aristotelis metaphysicis, illud tamen vix feras, quod nulla omnino particula significatum est, qua ratione haec quaestio ad universum sententiarum contextum pertineat. Ac ne illud quidem dicitur, quod erat dicendum; nam non id quaerit Aristoteles utrum omnino exsistat notio substantialis necne, sed utrum ad res compositas eadem pertineat an unice ad substantias, *ἆρα τοῦ ἱματίου, τουτέστι τοῦ συνθέτου, ἐστὶν ὁρισμὸς ἢ οὐκ ἔστι;* ut recte Asclepius interpretatur p. 743 b 44. Utramque difficultatem facillime removere mihi videor deleto puncto ante *ἆρα*, ut nova enunciatio ab *ἀλλά* ordiatur, et pro nominativo *τὸ ἱματίῳ* recepto dativo *τῷ ἱματίῳ εἶναι*, quem quidem casum, a Bekkero in lectionis varietate e codicibus non enotatum, in Sylburgiana tamen editione reperio. Praeterea quod scribitur *τὸ τί ἦν εἶναι λευκῷ εἶναι*, necessario alterum *εἶναι* omittendum est; ac priore quidem loco *τί ἦν εἶναι λευκῷ* illud omittendum esse verisimilius est, quum propter frequentem usum formulae *τὸ τί ἦν εἶναι* facile ibi a librariis adjici potuerit. Ac deinde in verbis *ἆρα ἔστι τί ἦν εἶναί τι ἢ ὅλως ἢ οὔ* quid in interrogatione ab *ἆρα* ordiente particula *ἢ* bis posita faciam non video, nec dubitaverim priorem expungere, licet eam commentarius Alexandri tueri videatur p. 744 a 1. Sed nec proxima verba videntur integra esse *ὅπερ γάρ τι ἦν εἶναι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι.* His enim verbis, nisi fallor, idem per idem significaret philosophus. Quae autem debeat inesse iis sententia vel e commentariis Alexandri et Asclepii ad h. l. colligi potest *καὶ ἐπεὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἐστίν κτλ.* p. 744 a 9. *τῆς γὰρ οὐσίας ἐστὶ κυρίως ὁρισμός.* p. 743 b 45., vel apertius etiam e proximis verbis Aristotelis cognositur *ὅταν δ' ἄλλο κατ' ἄλλου λέγηται, οὐκ ἔστιν ὅπερ τόδε τι.* Inde enim apparet Aristotelem antea notionem substantialem ita descripsisse, ut eam *ὅπερ τόδε τι* esse contenderet. Hac ratione ductus scribendum arbitror *ὅπερ γὰρ τόδε τι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι.* Codicum vestigia eodem ducere videntur, siquidem in cod. *A*^{b} omissum est prius *ἦν εἶναι*, et e cod. Reg. enotatur *γρ.* „*ὅπερ γάρ τί ἐστι τὸ τί ἦν εἶναι,*“ *ἤγουν οὐσία τις καὶ φύσις ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ.* p. 744 a 15. — Universum igitur locum hunc in modum constituendum esse suspicor: — *ὁ δὲ ὁρίζοι τὸ ἱμάτιον ὡς λευκόν· τὸ δὲ λευκὸς ἄνθρωπος ἔστι μὲν λευκόν, οὐ μέντοι τὸ τί ἦν λευκῷ εἶναι. ἀλλὰ τῷ ἱματίῳ εἶναι ἆρα ἔστι τί ἦν εἶναί τι ὅλως ἢ οὔ; ὅπερ γὰρ τόδε τι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι, ὅταν δ' ἄλλο κατ' ἄλλου λέγηται οὐκ ἔστιν ὅπερ τόδε τι.*

H, 2. p. 1043 a 28. (Br. 168, 9.) *φανερὸν δὴ ἐκ τῶν εἰρημένων τίς ἡ αἰσθητὴ οὐσία ἐστὶ καὶ πῶς· ἡ μὲν γὰρ ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφὴ ὅτι ἐνέργεια.* Haec duo membra, *ἡ μὲν γὰρ ὡς ὕλη* et *ἡ δ' ὡς μορφὴ ὅτι ἐνέργεια*, quum ita sibi inter se opponi appareat, ut alterum alteri respondeat, non possunt tamen grammatice ita construi, ut alterum cum altero apte concinat. In priore enim *ὡς ὕλη* praedicati locum obtinet, *ἡ μὲν γὰρ οὐσία ἐστὶν ὡς ὕλη*, in altero vero *ὡς μορφή* pro subjecto enunciati habendum est *ἡ δ' ὡς μορφὴ οὐσία φανερὸν ὅτι ἐνέργειά ἐστιν.* Quam quidem discrepantiam vix adducor ut ab ipso Aristotele ortam putem. Jam vero videmus in ea disputatione, quae locum nostrum proxime antecedit et subsequitur, conjungi fere per *καί* notiones formae et actus, et conjunctas opponi materiae, veluti a 25. *ὕλη —, ἡ δ' ἐνέργεια καὶ ἡ μορφή.* a 30. *τὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν μορφήν* a 20. *τοῦ εἴδους καὶ τῆς ἐνεργείας.* a 23. *ἐνέργεια καὶ οὐσία.* Inde admodum probabile est, scriptum fuisse *ἡ μὲν γὰρ ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφὴ καὶ ἐνέργεια.* — Scholia ad h. l. in excerptis Brand. non reperiuntur.

H, 6. p. 1045 b 19. (Br. 174, 25.) Eos qui caussam

quaesierint, qua ejusdem notionis vel ejusdem rei plures notae in unum conjungantur, frustra laboraturos Aristoteles dicit, et nequidquam vana et inania nomina effingere, veluti *μέθεξιν, συνουσίαν*[1]), *σύνθεσιν*, nisi perspexerint quomodo et distincta et conjuncta sint actus et potentia. Harum enim vi et natura perspecta facile illam quaestionem solvi. Quod ubi exposuit, his verbis rem concludit: *ἔστι δ' ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἡ ἐσχάτη ὕλη καὶ ἡ μορφὴ ταὐτὸ καὶ δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ.* Primum falsa distinctione sententia obscurata est; neque enim post *δυνάμει*, sed post *ταὐτό* commate distinguendum est; deinde ante *δυνάμει* aegre desideres *τὸ μέν*, cui oppositum sit *τὸ δέ*, uti paullo ante de eadem re dicit *εἰ δ' ἐστὶν, ὥσπερ λέγομεν, τὸ μὲν ὕλη τὸ δὲ μορφή, καὶ τὸ μὲν δυνάμει τὸ δ' ἐνεργείᾳ, οὐκέτι ἀπορία δόξειεν ἂν εἶναι τὸ ζητούμενον* p. 1045 a 23. Inde locum, quem supra posui, ita emendandum arbitror: *ἔστι — ἡ ἐσχάτη ὕλη καὶ ἡ μορφὴ ταὐτό, τὸ μὲν δυνάμει τὸ δὲ ἐνεργείᾳ*, vel retenta particula *καί — καὶ τὸ μὲν δυνάμει κτλ.* Extrema materia et forma unum idemque sunt, altera potentia, altera actu; itaque omnino non requiritur unitatis caussa, nisi forte dixeris caussam moventem, qua potentia perducatur ad actum, *πλὴν εἴ τι ὡς κινῆσαν ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν. ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην, πάντα ἁπλῶς ὅπερ ὄντα τι.* At non agitur de caussa exsistentiae, sed unitatis, non *τοῦ εἶναι*, sed *τοῦ ἓν εἶναι.* Quare recipienda in textum lectio cod. *A^b^ πάντα ἁπλῶς ὅπερ ἕν τι*, praesertim quum superioribus verbis Aristotelis et interpretatione Alexandri ad h. l. confirmetur. Cf. p. 1045 a 36. *ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην — εὐθὺς ὅπερ ἕν τι εἶναί ἐστιν ἕκαστον, ὥσπερ καὶ ὅπερ*

1) *οἱ δὲ συνουσίαν ψυχῆς.* p. 1045 b 10. *ψυχῆς* et codices et scholia p. 777 a 20. tuentur; sed sententiarum nexui adeo repugnat, ut e proximis verbis *ὥσπερ — τὴν ἐπιστήμην τοῦ ἐπίστασθαι καὶ ψυχῆς* illuc irrepsisse arbitrer.

ὄν τι, et Schol. p. 777 b 15. *ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην, πάντα ἁπλῶς καὶ κυρίως ὅπερ ἕν τι καὶ ὅπερ ὄν τι.*

Θ, 4. p. 1047 b 19. 21. (Br. 180, 7. 9.) *εἰ τοῦ A ὄντος ἀνάγκη τὸ B εἶναι, καὶ δυνατοῦ ὄντος τοῦ εἶναι A καὶ τὸ B ἀνάγκη εἶναι δυνατόν.* Hanc thesin ut probet Aristoteles apagogica demonstrandi ratione utitur. *εἰ γὰρ μὴ ἀνάγκη δυνατὸν εἶναι, οὐθὲν κωλύει μὴ εἶναι δυνατὸν εἶναι.* Nam si quis negaverit inde necessario consequi, ut *B* possibile sit, nihil impedit, immo vero necesse est, *B* impossibile ponatur. *ἔστω δὴ τὸ A δυνατόν.* Iam ponatur, ut a principio propositum est, *A* possibile. *οὐκοῦν ὅτε τὸ A δυνατὸν εἴη εἶναι, εἰ τεθείη τὸ AB, οὐθὲν ἀδύνατον εἶναι συνέβαινεν· τὸ δέ γε B ἀνάγκη εἶναι.* Pro *AB* in editione Sylb. exhibetur *A*, quod idem, omisso *B* Bessarionem in textu habuisse apparet. Ac sane haec lectio unice apta est ordini sententiarum. Etenim inde, quod *A* possibile esse positum est, nihil aliud sequitur, nisi ut exsistentiam *τοῦ A* ponere liceat, ex ipsa definitione potentiae *δυνατὸν τοῦτο, ᾧ ἐὰν ὑπάρξῃ ἡ ἐνέργεια, οὗ λέγεται ἔχειν τὴν δύναμιν, οὐθὲν ἔσται ἀδύνατον Θ*, 3. p. 1047 a 24. cf. *Θ*, 4. p. 1047 b 10. Ac deinde proximis demum verbis inde concluditur, etiam *B* necessario exsistere. Itaque haec erit sententia: si igitur *A* possibile esse ponitur, nihil impossibile inde efficitur, si quis esse *A* posuerit. Tum vero etiam *B* esse necesse est, siquidem ab initio positum est, si *A* sit, esse etiam necessario *B*. — Lectio, quam praeferendam significavimus, magnopere confirmatur Alexandri interpretatione p. 780 a 9. *ἔστω, φησί, τὸ α δυνατόν. οὐκοῦν ἐπειδὴ δυνατόν ἐστιν, ὑπάρχει. ψεῦδος μὲν, οὐ μέντοι ἀδύνατος ἡ ὑπόθεσις. ἔστω οὖν ὑπάρχειν τὸ α, ὑπόκειται δ' ὅτι τοῦ α ὄντος ἔστι καὶ τὸ β· ὥστε ἐπειδὴ τὸ α ἔστιν, ἔσται καὶ τὸ β διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν.* Apparet enim explicari verba *εἰ τεθείη τὸ A*, vel quod verisimilius etiam videtur *εἰ τεθείη εἶναι τὸ A*, non

quae nunc sunt in editionibus, *εἰ τεθείη τὸ AB.* — Sed in proximis verbis restat major difficultas. Ita enim philosophus ratiocinari pergit: *ἀλλ' ἦν ἀδύνατον.* Erat autem *B* impossibile, i. e. ponebatur impossibile esse, non in ipsa propositione, sed in principio demonstrationis apagogicae. *ἔστω δὴ ἀδύνατον.* Esto igitur *B* impossibile, videamus quid inde consecuturum sit. *εἰ δὴ ἀδύνατον ἀνάγκη εἶναι τὸ A, ἀνάγκη καὶ τὸ B εἶναι.* Haec vero verba quomodo intelligas, frustra vel veteres commentatores vel recentiores interpretes consulas; Sylburgius certe confitetur, se ea non intelligere, quod dicit: *sententia in Bessarionis quoque versione obscura est.* Videtur tamen mutatione haud ita magna verbis aptus sensus restitui posse. Quum enim a particula *δή* enunciatio ordiatur, id resumi consentaneum est, quod antea jam dictum ac comprobatum erat[1]); jam quum antecedat *ἦν ἀδύνατον* sc. *τὸ B, ἔστω δὴ ἀδύνατον* sc. *τὸ B,* non exspectes dici *εἰ δὴ ἀδύνατον — τὸ A,* sed *εἰ δὴ ἀδύνατον — τὸ B.* Deinde si comparaverimus eam enunciationem, quae proxime subsequitur *ἀλλ' ἦν ἄρα τὸ A δυνατόν, atqui A erat possibile*, intelligimus antea demonstratum esse, *A* esse impossibile, cui quidem sententiae opponatur *ἀλλ' ἦν τὸ A δυνατόν;* itaque non in protasi, sed in apodosi superioris enunciati contineri censeas, ut *A* impossibile dicatur. Haec si recte collegimus, scribendum videtur transpositis *A* et *B* et nomine *ἀνάγκη* ejecto: *εἰ δὴ ἀδύνατον τὸ B, ἀνάγκη καὶ τὸ A εἶναι,* sc. *ἀδύνατον.* Si vero impossibile est *B*, necessario etiam *A* erit impossibile. Positum autem est *A* possibile esse, possibile igitur etiam *B.* — Ita recte et perspicue demonstratio propositum finem adsequitur, et universa ratiocinatio his verbis concluditur *ἂν ἄρα ᾖ τὸ A δυνατόν, καὶ τὸ B ἔσται δυνατόν, εἴπερ οὕτως εἶχον ὥστε τοῦ A ὄντος ἀνάγκη εἶναι τὸ B.*

1) Cf. p. 21 et 55.

I, 9. p. 1058b13. (Br. 210, 3.) Specie, *εἴδει*, ea differunt, quorum discrimen non in materia cernitur, sed in ipsa notione, rei naturam constituente. *οὐδὲ χαλκοῦς δὴ κύκλος καὶ ξύλινος, οὐδὲ τρίγωνον χαλκοῦν καὶ κύκλος ξύλινος, οὐ διὰ τὴν ὕλην εἴδει διαφέρουσιν, ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ λόγῳ ἔνεστιν ἐναντίωσις.* Conjuncta esse oportet ea, quae quum et materia et notione differant, non propter materiae diversitatem sed propter notionis differentiam specie diversa censeantur. Scribendum igitur videtur *οὐδὲ χαλκοῦς δὴ κύκλος καὶ ξύλινον τρίγωνον, οὐδὲ τρίγωνον χαλκοῦν καὶ κύκλος ξύλινος κτλ.* Scholia ad h. l. non exhibentur in excerptis Brandisii; Bessarionis versio cum textu vulgato consentit; Sylburgius mutandum aliquid esse vidit, sed quod pro *κύκλος ξύλινος* suspicatur scribendum *τρίγωνον ξύλινον* probari nequit; corruptela in priore potius membro quaerenda erat.

Λ, 2. p. 1069b25. (Br. 241, 10.) *πάντα δ' ὕλην ἔχει ὅσα μεταβάλλει, ἀλλ' ἑτέραν* i. e. quaecunque mutantur omnia materiam habent, sed aliam. Immo potius alia aliam; nam, ut ait Aristoteles Phys. II, 2., *ἄλλῳ εἴδει ἄλλη ὕλη*; ac de eadem re hoc ipso metaphysicorum libro dicit cap. 5. p. 1071a5. *τῷ ἀνάλογον ἀρχαὶ αἱ αὐταί, οἷον ἐνέργεια καὶ δύναμις· ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄλλα τε ἄλλοις καὶ ἄλλως.* 2. p. 1069b29. *εἰ δή τί ἐστι δυνάμει, ἀλλ' ὅμως οὐ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου.* cf. 4. p. 1070a31, b26; 5. p. 1071a24. Inde nostro loco scribendum censeo *πάντα δ' ἔχει ὕλην ὅσα μεταβάλλει, ἀλλ' ἕτερα ἑτέραν.*

Λ, 7. p. 1072a24. (Br. 248, 2.) Aristoteles id agit ut demonstret esse aliquid, quod primum ac per se moveat, neque ipsum iterum aliunde moveatur. — *ἀΐδιος ἂν εἴη ὁ πρῶτος οὐρανός. ἔστι τοίνυν τι καὶ ὃ κινεῖ. ἐπεὶ δὲ τὸ*

κινούμενον καὶ κινοῦν, καὶ μέσον τοίνυν ἐστί τι ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ, ἀΐδιον, καὶ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὖσα. Extremis verbis haec inest sententia: Quoniam est aliquid, quod et movetur et movet, oportet etiam medium aliquid sit, quod quum non moveatur aliunde, ipsum moveat. At haec manifesto falsa; quod enim immobile ipsum alia moveat, id quidem ita est universi motus principium, ut nulla ratione medium dici possit. Itaque fuerunt qui mutata distinctione aptam sententiam restituere conarentur; veluti Sylburgius, cujus in editione *καὶ* ante *μέσον* omissum est, Morellium dicit post *μέσον* distinxisse, ut *μέσον* tamquam praedicatum referatur ad *τὸ κινούμενον καὶ κινοῦν,* quod sane aptissimum est. Eadem distinguendi ratio praecipitur in iis commentariis, qui Alexandri nomine feruntur *ὑποστικτέον εἰς τὸ „κατὰ μέσον"* p. 804 b 3; reliqua autem ejus interpretatio, quum multa cogitando suppleri jubeat quae non poterant omitti, adeo ab omni ratione grammatica abhorret, ut vix quidquam sani inde repetas. Sed licet cum his interpretibus, omissa particula *καί* ante *μέσον,* distinxerimus post *μέσον,* locus nondum persanatus est, quoniam proximum colon a particula *τοίνυν* ordiri non potest. Paucis vocabulis transpositis locum videmur apte restituere posse: *ἐπεὶ δὲ τὸ κινούμενον καὶ κινοῦν μέσον, ἔστι τοίνυν τι καὶ ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ.* Quae quidem conjectura vel simili conformatione superioris enunciationis commendari potest, *ἔστι τοίνυν τι καὶ ὃ κινεῖ,* vel eo quod prorsus concinit cum versione Bessarionis: *Quum vero id quod movetur et movet medium sit, est etiam aliquid quod non motum movet.*

N, 1. p. 1088 a 9. (Br. 291, 21.) Mensuram, qua quid metiamur, semper ex eodem genere esse oportet atque id quod metimur. *δεῖ δὲ ἀεὶ τὸ αὐτό τι ὑπάρχειν πᾶσι τὸ μέτρον, οἷον εἰ ἵππος τὸ μέτρον, ἵππους, καὶ εἰ ἄνθρωπος, ἀνθρώπους· εἰ δ' ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ θεός, ζῷον ἴσως, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ἔσται ζῷα· εἰ δ' ἄνθρωπος καὶ λευκὸν καὶ βαδίζον, ἥκιστα μὲν ἀριθμὸς τούτων διὰ τὸ ταὐτῷ πάνθ' ὑπάρχειν —, ὅμως δὲ γενῶν ἔσται ὁ ἀριθμὸς ὁ τούτων ἢ τινος ἄλλης τοιαύτης προσηγορίας.* Duo exempla, quae postremo loco posita sunt, apta sunt ad comprobandam sententiam, mensuram esse ex eodem genere atque ea, quae metimur vel numeramus; non item duo priora, quae neque cum sententia probanda, neque cum exemplis posterioribus concinunt. Sed mutata distinctione et paucis literis inflexis habebis id quod et sententiae ratio et posteriorum exemplorum forma requirere videtur. *δεῖ δὲ ἀεὶ τὸ αὐτό τι ὑπάρχειν πᾶσι τὸ μέτρον, οἷον εἰ ἵπποι, τὸ μέτρον ἵππος, καὶ εἰ ἄνθρωποι, ἄνθρωπος· εἰ δ' ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ θεός, ζῷον ἴσως.*

N, 2. p. 1090 a 5. (Br. 297, 1.) *ἐπιστήσειε δ' ἄν τις τὴν σκέψιν καὶ περὶ τῶν ἀριθμῶν πόθεν δεῖ λαβεῖν τὴν πίστιν ὡς εἰσίν. τῷ μὲν γὰρ ἰδέας τιθεμένῳ παρέχονταί τιν' αἰτίαν τοῖς οὖσιν, εἴπερ ἕκαστος τῶν ἀριθμῶν ἰδέα τις, ἡ δ' ἰδέα τοῖς αλλοις αἰτία τοῦ εἶναι ὃν δή ποτε τρόπον.* Quaerendum videtur, ait Aristoteles, unde tandem comprobari possit, numeros in re ac veritate esse. Jam si quis ideas ponit, ideae rationem quandam praebent entibus. Hoc quid sibi velit, *παρέχονταί τιν' αἰτίαν τοῖς οὖσιν* non video; quae debeat esse verborum sententia ex argumentationis nexu satis apertum est. Nimirum qui ideas ponunt, ii sane habent quo comprobent numeros re vera esse, siquidem quilibet numerus idea est, idea vero reliquis rebus exsistendi caussa habetur et principium. Hanc ut habeamus sententiam non dubitaverim pro *τοῖς οὖσιν* scribere *ὡς εἰσίν,* eodem modo quo supra dictum est *λαβεῖν τὴν πίστιν ὡς εἰσίν,* et paullo infra a 10 *πιστεῦσαι ὡς ἔστι τοιοῦτος ἀριθμός.*

Quod hoc loco Aristoteles dicit eos, qui ideas posuerint, aliquam certe rationem afferre posse, cur numeros in re ac

tate esse statuant, idem, transitum parans ad Pythagoreos, initio proximi capitis repetit. *N*, 3. p. 1090a17. 18. (Br. 297, 15. 16.) *οἱ μὲν οὖν τιθέμενοι τὰς ἰδέας εἶναι καὶ ἀριθμοὺς αὐτὰς εἶναι, κατὰ τὴν ἔκθεσιν ἑκάστου παρὰ τὰ πολλὰ λαμβάνειν, τὸ ἕν τι ἕκαστον πειρῶνταί γε λέγειν πῶς καὶ διὰ τί ἐστιν.* Si quis attente contulerit, quae hunc locum proxime antecedunt, omnem vim sententiae in eo cerni intelliget, quod idearum auctores studuerunt probare et quodammodo probarunt, numeros re vera esse; idem etiam e proximis verbis apparet *οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ οὔτε ἀναγκαῖα οὔτε δυνατὰ ταῦτα, οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν διά γε ταῦτα εἶναι λεκτέον.* Itaque in eo loco, quem supra posuimus, scribendum videtur *πῶς καὶ διὰ τί ἔστιν*, nisi praetuleris pro *ἕν τι ἕκαστον* scribere *ὄν τι ἕκαστον*. — Non multo majore mutatione emendanda videntur verba *κατὰ τὴν ἔκθεσιν ἑκάστου παρὰ τὰ πολλὰ λαμβάνειν*, quae sicuti nunc exhibentur omnino construi non possunt; infinitivus enim *λαμβάνειν* aptus profecto est a praepositione *κατά*, siquidem aliud non est quo referatur; ita autem articulo, quo adjecto infinitivus nominis substantivi naturam induat, carere non possumus. Scribendum igitur arbitror *κατὰ τὸ ἔκθεσιν ἑκάστου παρὰ τὰ πολλὰ λαμβάνειν*. i. e. ideo, quod statuunt *ἔκθεσιν* cujusvis praeter multa. Sed *ἔκθεσις* quid significet interpretes hujus loci non recte videntur perspexisse, quod expositio, explicatio, definitio interpretantur; quae quidem significatio iis metaphysicorum locis, quibus *ἔκθεσις* legitur, minime apta est. Optimus sui interpres ipse Aristoteles erit, quod dicit *M*, 9. p. 1086b7. *οἱ δ'* (sc. philosophi Platonici) *ὡς ἀναγκαῖον, εἴπερ ἔσονταί τινες οὐσίαι παρὰ τὰς αἰσθητὰς καὶ ῥεούσας, χωριστὰς εἶναι, ἄλλας μὲν οὐκ εἶχον, ταύτας δὲ τὰς καθόλου λεγομένας ἐξέθεσαν, ὥστε συμβαίνειν σχεδὸν τὰς αὐτὰς φύσεις εἶναι τὰς καθόλου καὶ τὰς καθ' ἕκαστον.* Usurpatur igitur *ἐκτιθέναι* et *ἔκθεσις* de idearum auctoribus eadem fere

significatione ac *χωρίζειν*. Quod enim notionem universalem quasi excipiunt et exserunt e multitudine earum rerum, in quibus cernatur, eam *ἐκτιθέναι παρὰ τὰ πολλά* dicuntur; quod autem illam universalem notionem seorsim ac per se, *αὐτὸ καθ' αὑτό*, exsistere statuunt, eandem dicuntur *χωρίζειν*. Recte vim nominis *ἔκθεσις* explicuit Alexander p. 583b., quamquam ipse usum verbi *ἐκτίθεσθαι* paullum immutavit. Inde loci metaphysicorum explicari poterunt *A*, 9. p. 992b10; *Z*, 6. p. 1031b21; nec multo differt ea significatio, qua Aristoteles in logicis nomine *ἔκθεσις* utitur. Anal. pr. I, 6. p. 28a24, b14.

Quotquot adhuc tentavimus metaphysicorum locos, omnes ita erant comparati, ut singulis vocabulis mutatis omissis adjectis transpositis ad genuinam formam restitui posse viderentur; nec vero desunt, in quibus gravior corruptela graviorem medelam videatur requirere. Illud praecipue saepius factum est, ut universae enunciationes suo e loco amotae alieno intruderentur, ex quo eas removeri oportet, si aptum sententiarum ordinem restituere volueris. Jam aliquot ex iis locis, quos hoc modo emendandos censeam, recensebo, significata magis quam exposita transponendi ratione; quae quum vel potissimum vel unice in sententiarum ordine contineatur, vix poterit plene ac perfecte reddi, nisi in commentario ad libros metaphysicos scripto.

Evidens exemplum transpositae perperam enunciationis, quod a nemine adhuc notatum miror, in septimo libro est initio capitis quarti *Z*, 4. p. 1029b1. (Br. 131, 29) Nam his verbis *ἐπεὶ δ' ἐν ἀρχῇ διειλόμεθα πόσοις ὁρίζομεν τὴν οὐσίαν, καὶ τούτων ἕν τι ἐδόκει εἶναι τὸ τί ἦν εἶναι, θεωρητέον περὶ αὐτοῦ* argumentandi nexum interrumpi inde apparet, quod proxima verba *πρὸ ἔργου γὰρ τὸ μεταβαίνειν εἰς τὸ γνωριμώτερον* nulla ratione cum iis conjungi possunt, sed artissime cum superioribus cohaerent, quibus

tertium caput finitur *ὁμολογοῦνται δ' οὐσίαι εἶναι τῶν αἰσθητῶν τινές, ὥστε ἐν ταύταις ζητητέον πρῶτον.* Itaque universa illa enunciatio *ἐπεὶ δ' ἐν ἀρχῇ κτλ.* hinc ejicienda erit et ponenda paullo infra b 12. ante *καὶ πρῶτον εἴπωμεν ἔνια περὶ αὐτοῦ λογικῶς.* Veteres commentatores num eandem habuerint textus formam ac nos, ex Brandisii excerptis cognosci non potest; aliis vero locis eos et habuisse jam tum textum transpositione depravatum et cognovisse corruptelam videmus. Veluti ejusdem libri capite 17., *Z,* 17. p. 1041 a 28. (Br. 163, 2.) Alexander adnotavit, p. 771 b 16. *τὸ δὲ „τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ὡς εἰπεῖν λογικῶς“ παρέλκον ἐστὶ καὶ ὑπό τινος ἐνταῦθα παραρριφθέν· περὶ γὰρ τούτου μετ' ὀλίγον ἐρεῖ.* Ac profecto omittenda sunt illa verba eo loco ubi nunc leguntur, quum omnem ratiocinandi ordinem perturbent; sed utrum ea simpliciter adjecta censeas, an transposita e proximis, ubi post *τοῦτο δ' ἡ οὐσία* suum locum habuerint, dubium videtur. — Aliis locis commentatores Graeci non solum transpositas esse enunciationes monent, sed etiam quem in modum sint restituendae docent. Ita *Γ,* 3. p. 1005 b 2—5. (Br. 66, 21.) verba *ὅσα δ' ἐγχειροῦσι — μὴ ἀκούοντας ζητεῖν* vere et acute Alexander p. 650 b 20. paullo infra ponenda esse demonstrat b 8. ante *προσήκει δὲ τὸν κτλ.*; itemque is interpres, qui Alexandri nomine vulgo fertur, *Λ,* 4. p. 1070 b 15. (Br. 243, 20.) verba *ἕτερον γὰρ ἀνάγκη ἐκείνων εἶναι τὸ γενόμενον* ponenda censet b 9. post *οὔτ' οὐσία οὔτε πρός τι,* et emendationem suam iis confirmat argumentis, quae omnem dubitationem eximere videantur p. 801 b 14. Eundem vero miror non offendisse alio ejusdem capitis loco, ubi paucis verbis interjectis *Λ,* 4. p. 1070 b 24 et 29. (Br. 244, 1. 7.) eadem iterantur verba *καὶ εἰς ταῦτα διαιρεῖται ἡ ἀρχή,* quae quum apta sint posteriore loco, minus apta priore, huc per errorem librarii videntur translata esse. Tertio ejusdem libri capite *Λ,* 3. p. 1070 a 20.

(Br. 242, 13.) idem interpres recte perspexit verba *οἷον πῦρ, σάρξ, κεφαλή. ἅπαντα γὰρ ὕλη ἐστί, καὶ τῆς μάλιστ' οὐσίας ἡ τελευταία* aliena esse ab eo loco, quo nunc leguntur; sed quod ea reponenda statuit post *ὕλη καὶ ὑποκείμενον* a 11. vereor ut cuiquam locum persanasse videatur. Quamquam difficile omnino erit dicere, unde haec verba repetita, quo restituenda censeamus; nec magis hic nos fatemur nescire quomodo orta et qua ratione tollenda corruptela videatur, quam in depravato aperte loco proximi libri *M,* 8. p. 1084 a 27—29. (Br. 281, 9.) Ibi enim verba *ἔτι δὲ καὶ ἔστι καὶ γίγνεται ἔνια καὶ ὧν εἴδη οὐκ ἔστιν, ὥστε διὰ τί οὐ κἀκείνων εἴδη ἐστίν; οὐκ ἄρα αἴτια τὰ εἴδη ἐστίν* adeo manifesto sententiarum nexum interrumpunt, ut secludi certe ab editoribus debuerint. Unde autem hanc enunciationem huc intrusam putem, num repetitam e superiore parte disputationis, qua de eadem re agitur p. 1080 a 5., an alio quodam modo ortam, ne divinando quidem adsequi possum. Et haud scio an eo difficilius sit probabile de hujus loci ratione judicium ferre, quod omnino posterior pars libri tertii decimi inde a p. 1083 b 23., si ordinem et contextum sententiarum spectaveris, majores et graviores dubitationes movet. Sed eas pertractare, quoniam ad originem potius librorum metaphysicorum explicandam quam ad eorum textum emendandum pertinent, ab hujus disputationis consilio alienum est.

Additamentum.

Loci commentariorum ad metaphysica Graecorum emendati.

Graecos metaphysicorum commentatores per omnem hanc disputationem certissimos habuimus viae duces ac comites, quorum modo interpretatione ad inveniendas modo auctoritate ad confirmandas conjecturas uteremur. Itaque quum longe maximam emendationum partem illis acceptam referamus, aequum videatur ad ipsorum etiam textum emendandum aliquem fructum ex hac opera redundare, neque improbabitur, si aliquot commentariorum veterum locos, quorum emendationem inter legendum inveniebamus, ad genuinam formam restituere tentaverimus. Corollarii loco haec adjici aequi velim judices meminerint; nam si quis peculiarem operam in restituendo et expoliendo horum commentariorum textu posuerit, ut qui nunc primum e libris manuscriptis editi sint, et multo plures loci tractandi et haud raro graviore medela utendum erit. Quibus autem rationibus in singulis locis emendandis ducti simus, facile divinabit qui eorum contextum diligenter attenderit et eos locos, quos adhibuimus, comparaverit.

p. 562a13. *οἷς γάρ ἐστι τὰ κοινὰ τὰ ἐπὶ τοῖς καθ' ἕκαστα, ὧν κοινῶν αἱ ἰδέαι, εἴησαν ἂν κατ' αὐτοὺς αἰτίαι τοῦ εἶναί τε καὶ γίγνεσθαι.* l. *τῶν κοινῶν αἱ ἰδέαι* [,] *εἴησαν ἂν κ. α. αἰτίαι.* cf. a20. *τῶν γὰρ κοινῶν τῶν ἐπὶ τοῖς καθ' ἕκαστα αἰτίαι αἱ ἰδέαι κατ' αὐτούς.*

p. 563a8. *οὐ τοῖς καθ' ἕκαστα ἀτόμοις —, ἀλλὰ τοῖς ὑπ' αὐτοῖς εἴδεσιν.* l. *ἐπ' αὐτοῖς.* cf. *ἓν ἐπὶ πολλῶν*, vel *ἓν ἐπὶ πολλοῖς* passim.

p. 563a14. *καὶ περὶ τὰς οὐσίας τῶν φυσικῶν πραγμάτων ἔστι τὸ ἓν τὸ πρὸ τῶν πολλῶν.* l. *παρὰ τὰς οὐσίας.* cf. a9. Arist. p. 991a13.

p. 565b13. *ἐφ' ὧν ταὐτόν τι πλειόνων κατηγορεῖται —, ἤτοι τὸ κυρίως τὸ ὑπὸ τοῦ κατηγορουμένου σημαινόμενον εἶναι ταῦτα ἀληθεύεται —, ἢ τῷ εἰκόνας αὐτὰ εἶναι.* l. *τῷ κυρίως* ut in membro opposito. cf. supra p. 48.

p. 569b21. *δεῖ ταύτῃ ἑκάστου τῶν εἰδῶν τὰ πρὸς αὑτὰ τὸ εἶναι ἔχοντα μετέχειν.* l. *πρὸς αὐτά.* cf. b25.

p. 574b10. *ὡς γὰρ ὁ τῷ μηκέτι ὄντι ὅμοιος ὢν οὐ πρὸς ἐκεῖνον γέγονεν, οὕτως οὐδὲ ἂν ἀΐδιόν τι εἶδος εἴη καὶ συγχωρηθῇ εἶναί τις τοιαύτη φύσις, ἡ πρὸς αὐτὴν ὁμοιότης ὡς πρὸς παράδειγμα ἔσται.* Brd. adnotat lege *συγχωρηθείη*; at mutandum potius *εἴη* in *ᾖ*. Cf. Arist. p. 991a26. et supra p. 77.

p. 574b25. *οὐδ' ἂν παραδείγματά εἰσιν αἱ ἰδέαι.* l. *εἶεν.*

p. 577b5. *οὐ γὰρ δὴ ὁ ἀριθμὸς αἴτιος τοῦ ἐναριθμῶν* (sic) *λόγου εἴη· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ διαφέροντες γίγνονται λόγοι.* l. *τοῦ ἐν-ἀριθμῷ λόγου.* Cf. a32. 38, b2. 8. Arist. p. 1092b27, 991b17.

p. 577b13. *εἰ γάρ εἰσι λόγοι ἀριθμῶν ἐκ πλειόνων φθόγγων, καὶ ἔσται τι ἐν αὐταῖς ὑποκείμενον, ὃν ἐν λόγῳ ἀριθμῶν τὸ εἶναι ἐκ τῶν ἑκάστῃ ποιήσει· ἀκολουθήσει τε κτλ.* Locus emendandus ex interpretatione Asclepii, quam Brandisius in varietate lectionis enotavit; inde scribendum videtur *οὗ ἐν λόγῳ ἀριθμῶν τὸ εἶναι αὐτῶν ἑκάστῃ.* Verbum *ποιήσει* vel omittendum vel mutandum in *ἔσται.* Confirmatur haec emendatio coll. a24. 32.

p. 579b11. *εἰπεῖν δὲ ἔδει αὐτὸν καὶ δι' ἣν αἰτίαν μεταξύ ἐστιν.* l. *αὐτοὺς* coll. b7 *ἔδει αὐτοὺς — κατασκευάζειν* et a17.

p. 585a27. Locus manifesto perturbatus videtur sanari non posse, nisi omissis his verbis *ὅτι δὲ τῶν ὄντων οὐκ εἰσὶν ἀρχαὶ κοιναί τε καὶ αἱ αὐταί,* quae e proximis verbis facile potuerunt oriri.

p. 585a43. *τὰς τοιαύτας ἀρχὰς τὰς ὡς στοιχεῖα καὶ ἓν ὑπάρχοντα καὶ ἐξ ὧν λέγεταί τι εἶναι.* l. *ἐνυπάρχοντα.*

p. 586a20. *ἢ πάντων, ὡς ἐν τοῖς ὁρισμοῖς καὶ ἐν ταῖς ἐπαγωγαῖς, τινῶν, ὡς ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν.* l. *ἢ τινῶν* e cod. optimo *A*, coll. a14. Arist. p. 992b31.

p. 599a10. *τοῦ προσεχοῦς λόγου τοῦ ἀνθρώπου ὧν ὡρίζετο.* l. *ὃν ὡρίζετο.*

p. 613a5. *εἰ γὰρ δεῖ μὲν δι' ἀξιωμάτων δείκνυσθαι τὰ δεικνύμενα, δεικνύοιτο δὲ καὶ τὰ ἀξιώματα, ἐπ' ἄπειρον ἂν προΐοι,*

οὕτω δὲ οὐδὲν ἀποδεικτικὸν ἂν εἴη· οὐ γὰρ πάντα ἐστὶν ἀποδεικτικά. l. ἀποδεικτόν, ἀποδεικτά. Cf. p. 612b39.40. πᾶν τὸ ἀποδεικτόν — τοῖς ἀξιώμασιν, εἰ ἔστιν ἀποδεικτά.

p. 634b29. οὐδεμία γὰρ ἔσται τῶν ἀρχῶν ἀριθμῷ οὐσία l. μία οὐσία vel μία omisso οὐσία. Cf. b26. οὐδὲ ἔσται τις ἀριθμῷ οὐσία μία. b32. 33. 38. Arist. p. 1002b24.

p. 634b40. εἰ δὲ μὴ οὔσης οὐσίας τινὸς παρὰ τὰς μαθηματικάς τε καὶ αἰσθητὰς οὐκ ἔσονταί τινες ὡρισμέναι οὐσίαι. οὕτω δὲ οὐδὲ ἀρχῶν οὐσῶν οὐσίαι κυρίως ταῖς καὶ ὡρισμέναις ἀναγκαῖον, ἔδοξέ τε ἄλλας τινὰς οὐσίας θέσθαι ὧν ἑκάστη κυρίως οὐσία ἔσται. Legendum suspicor: εἰ δὲ μὴ οὔσης οὐσίας τινὸς παρὰ τὰς μαθηματικάς τε καὶ αἰσθητὰς οὐκ ἔσονταί τινες ὡρισμέναι οὐσίαι, οὕτω δὲ οὐδὲ ἀρχῶν οὐσῶν οὐσίαι κυρίως τινὲς καὶ ὡρισμέναι· ἀναγκαῖον ἔδοξεν ἄλλας τινὰς οὐσίας θέσθαι κτλ.

p. 635a4. ἀλλ' εἰ τοῦτό τις θήσεται εἶναί τινας τοιαύτας οὐσίας. l. διὰ τοῦτο. Cf. p. 634b18. Arist. p. 1002b14.

p. 642a7. εἰ τὸ καθ ὃ τὸ αὐτὸ εἶναι ἑκάστῳ ἐστὶν ἕν. Cod. *A* om. αὐτό. L. καθ' αὑτό. Cf. a9. καθ' αὑτὸ ἓν ἡ ἑκάστου οὐσία, a14.

p. 644a21. ἐπεὶ γὰρ περὶ τὸ ἐν τῇ ἀποφάσει ἀληθεύεται κατὰ πάντων. l. παρὰ coll. a20, 21, 26, 28.

p. 655a4. διαφέροντα δὲ ὀνόματα τό τε ἄνθρωπος καὶ τὸ οὐκ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἔστιν ἑνὸς ὀνόματος πράγματα. Cod. *A* πράγματος, l. ὀνόματα πράγματος coll. a7, 9.

p. 657b22. Mutandam esse parenthesin supra monuimus p. 11.

p. 660b21. ἀδύνατον δὲ ὅτι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ οἷόν τε συμβεβηκός τι συμβεβηκέναι. Cod. *A* συμβεβηκός τι συμβεβηκότα συμβεβηκέναι. Conferenti a32 συμβεβηκὸς συμβεβηκότι ἐπιφερόμενον. p. 661a6. συμβεβηκὸς ὑποτιθέμενον συμβεβηκότι. a8, b9. Arist. p. 1007b2. τὸ γὰρ συμβεβηκὸς οὐ συμβεβηκότι συμβεβηκός, probabile videbitur legendum esse συμβεβηκός τι συμβεβηκότι συμβεβηκέναι.

p. 674a29. ἔστι κατ' αὐτοὺς τοῖς αἰσθητοῖς τὸ εἶναι ἐν τῇ τῶν αἰσθητῶν ἐνεργείᾳ, et a34 τὰ μὲν πάθη τῶν αἰσθητῶν, τουτέστι τὰ αἰσθήματα, καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν. Posteriore loco cod. *M* αἰσθήσεων. Utroque loco pro αἰσθητῶν legendum videtur αἰσθήσεων, cf. a36 et Arist. p. 1010b33.

p. 685b31. καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ εἶναι. Suspicor legendum τὸ μὴ ὂν εἶναι, cf. b27, 32.

p. 688a17. ἀρχὴ λέγεται καὶ ὅθεν ἀρξαμένων κάλλιστα ἂν

τὸ προκείμενον γένοιτο. Cod. *M* ἀρξαμένην. Legendum arbitror ἀρξαμένῳ coll. a25. 15.

p. 688b12. οὐχ ὁμοίως δὲ αὕτη ἡ ἀρχὴ τῇ ποιητικῇ, ὅτι αὕτη μὲν ἀρχὴ ὡς ἐπιτακτικὴ καὶ τοῦ εἴδους γνωστική, ἐκείνη δὲ ὅθεν ἤρξατο τὸ πρᾶγμα. καὶ ἀπὸ ποίας κινήσεως ἀρχὴ λέγεται. l. ὅθεν ἤρξατο τὸ πρᾶγμα καὶ ὡς αἰτία κινήσεως. In proximis verbis post ἀρχὴ λέγεται b12 puncto maximo, post ἐναργεῖς b15 commate et post λέγουσιν b16 iterum puncto maximo distinguendum videtur.

p. 688b32. ἡ μὲν οὖν ὕλη καὶ τὸ στοιχεῖον ἀρχαὶ ὡς ἐνυπαρχόντων. l. ἐνυπάρχοντα. Cf. b38.

p. 691b2. ὅμοιός ἐστιν ὁ τρόπος τοῦ αἰτίου καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκός· τὰ γὰρ τοῖς κυρίοις αἴτια συμβεβηκότα, ἢ οἷς τὰ κυρίως αἴτια συμβέβηκε, ταῦτα κατὰ συμβεβηκὸς αἴτια λέγεται. l. ὅμοιός ἐστιν ὁ τρόπος καὶ τοῦ αἰτίου τοῦ κατὰ συμβεβηκός· τὰ γὰρ τοῖς κυρίως αἰτίοις συμβεβηκότα ἢ οἷς τὰ κυρίως αἴτια συμβέβηκε κτλ.

p. 691b27. ὁ δὲ δὴ ἀνδριάς κτλ. l. ὅδε. cf. supra p. 74.

p. 691b30. καὶ χαλκοῦ τοῦδε ᾗ χαλκοῦ ἢ ὅλως ὕλης. Legendum esse ἢ pro ᾗ ex ipsa verborum interpretatione intelligitur. Cf. supra p. 73.

p. 692a4. πορρωτέρω δὲ ἁπλῶς τὸ ἐρυθρόν. l. τὸ ἁπλῶς ἐρυθρόν. Cf. p. 691b28.

p. 692b3. ἡ δὲ συλλαβὴ οὐ στοιχεῖον τοῦ λόγου, ἐπεὶ διαιρεῖται εἰς τὰ γράμματα ἀνομοειδῆ ὄντα, τῷ δὲ ἀδιαίρετα εἶναι οὐδὲ εἰς ἕτερον τῷ εἴδει διαιρεῖται. l. τὰ δὲ τῷ ἀδιαίρετα εἶναι.

p. 693a15. στοιχεῖα λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται πρῶτον ἐνυπάρχοντος. l. πρώτου coll. p. 692a37. Arist. p. 1014a26.

p. 693a19. πῶς δέ ἐστι τὸ πολλαχῶς λεγόμενον τὸ στοιχεῖον, εἰ κοινὸν ἅπασιν αὐτοῖς τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον; Scribendum videtur τῶν πολλαχῶς λεγομένων.

p. 693b30. ὅθεν ἡ κίνησις — ἐν αὐτῷ ᾗ αὐτῷ ὑπάρχει et b37 τὸ δὲ „ᾗ αὐτῷ" προσέθηκεν. Scribendum est ᾗ αὐτό, sicuti paullo infra legitur p. 694a5. 10. Eadem emendatio afferenda est ei metaphysicorum loco, ad quem haec interpretatio pertinet *Δ*, 4. p. 1014b19. (Br. 91, 23.), ubi Bekkerus unum cod. *E* secutus dedit: ὅθεν ἡ κίνησις ἡ πρώτη ἐν ἑκάστῳ τῶν φύσει ὄντων ἐν αὐτῷ ᾗ αὐτῷ ὑπάρχει. Reliqui codd. omnes exhibent id quod unice verum esse e constanti Aristotelis usu intelligitur ᾗ αὐτό. Cf. formulas frequentissimas ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον, ἐν ἄλλῳ ᾗ ἄλλο, ἐν αὐτῷ ᾗ αὐτό.

p. 694 a 16. *οὕτω δὲ εἴη ἂν τὸ ἢ ἐξηγητικὸν τοῦ πρώτη.* Pro *ἢ* l. *ᾗ* coll. p. 693 b 33 sqq.

p. 694 b 38. *διὸ καὶ τὸ κατὰ τέχνην γινόμενον εἶδος οὐσία ὂν τῶν ἔργων τῶν φυσικῶν οὕτω καλοῦσιν.* E cod. *M οὐσίαν* pro *οὐσία* et e cod. *A τεχνητῶν* pro *φυσικῶν* recipiendum arbitror.

p. 695 b 18. *αἱ γὰρ ἀποδείξεις ἀναγκαῖαι, ὅτι ἀποδεδειγμένον οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν.* Cod. *A ὅτι τι.* l. *ὅτι τὸ ἀποδεδειγμένον.* Cf. b 20.

p. 696 b 34. *— λόγον τινὰ ἀποδέδωκε τοῦ συνεχοῦς —· οὐ γὰρ καθ' αὑτὸ κίνησις μία, καὶ μὴ οἷόν τε ἄλλως.* l. *οὗ γὰρ.* Cf. Arist. p. 1016 a 5.

p. 697 b 20. 22. *ὅτε μέν — ὅτε δέ —.* l. *ὁτὲ μέν — ὁτὲ δέ.*

p. 698 a 8. *τὰ τρίγωνα — τριγώνου διαφοραῖς διαφέροντα οὐκέτι τρίγωνα ταῦτα ὁμοίως.* l. *ταὐτά.* Cf. a 11.

p. 698 b 32. Post *ἄνθρωποι* commate, post *ὁμοειδεῖς γάρ* colo distinguendum est.

p. 699 a 13. *προσθείς.* l. *προθείς.* Cf. supra p. 110. et Schol. p. 692 a 19.

p. 699 a 21. *τὸ γὰρ ἓν ἑκάστῳ πρῶτον μέτρον, ὃ καὶ ἕν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ ἀρχή· τοιοῦτον δὲ ἐν μὲν τῷ ἀριθμῷ ἡ μονάς, ἐν ἄλλῳ δὲ ἄλλο ὅ τι ποτέ. καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ πρῶτον μέτρον.* l. *τὸ γὰρ ἐν ἑκάστῳ πρῶτον μέτρον, ὃ καὶ ἕν ἐστιν, ἐν ἑκάστῳ ἀρχή· τοιοῦτον δὲ ἐν μὲν τῷ ἀριθμῷ ἡ μονάς, ἐν ἄλλῳ δὲ ἄλλο ὅτι ποτὲ καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ πρῶτον μέτρον.* Cf. a 24 sqq.

p. 699 b 10. *ἃ γὰρ κατὰ τὸ ὑποκείμενόν ἐστιν ἕν, ταῦτα τῷ ἀριθμῷ ἕν, ἐπεὶ καὶ ἐν γραμμῇ καὶ ἐν μονάδι τῷ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἅ ἐστιν ἄϋλα. καὶ τὸ ὑποκείμενον δὲ κοινότερον ἂν ἐπ' αὐτῶν λέγοιτο.* l. *τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἅ ἐστιν ἄϋλα, καὶ τὸ ὑποκείμενον κτλ.*

p. 700 b 11. *καὶ ἔστιν οὕτως ὂν ὡς ὄν τι συμβεβηκός.* l. *ὄντι.* Cf. b 17. Arist. p. 1017 a 21.

p. 700 b 31. Particula *δέ* vel delenda vel mutanda in *δή*.

p. 700 b 38. *δεικτικὸν δὲ τοῦ τὸ ἔστιν, ὧν ἂν συντάσσηται, ἐκείνην σημαίνειν τὴν φύσιν, παρέθετο τὸ μηδὲν σημαίνειν ἄλλο τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει, τουτέστιν, ὃ ἐπὶ τῇ ὑγιείᾳ συντέτακται, μηδὲν ἄλλο ἢ τὴν τῆς ὑγιείας ὕπαρξιν σημαίνει.* l. *ᾧ ἂν συντάσσηται* et *τουτέστι, τὸ ἐστιν, ὃ — σημαίνειν.*

p. 701 a 15. *τῇ πλευρᾷ ἀσύμμετρον — τὴν διάμετρον ἀσύμμετρον.* Legendum utroque loco cum codd. *AM σύμμετρον* supra docuimus p. 90.

p. 701 a 33. *ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τῆς γραμμῆς δυνάμει ἐστὶν ἐν τῇ μὴ διῃρημένῃ.* l. *τὸ ἥμισυ τῆς γραμμῆς.* Cf. Arist. p. 1017 b 7, 1048 a 33. Schol. p. 781 a 1.

p. 701 b 35. *εἴη δ' ἂν λέγων τὰ τῶν φύσεων συνεστῶτα εἴδη, ταῦτα δέ ἐστι τὰ φυσικὰ καὶ ἔνυλα εἴδη.* l. *τὰ τῶν φύσει συνεστώτων εἴδη.* cf. p. 693 b 32, 694 b 35, 702 b 15.

p. 701 b 37. *καὶ ἐπὶ τῶν φυσικῶν δὲ σωμάτων τὸ εἶδος ἑκάστου αἴτιον τοῦ εἶναι, ὅ ἐστιν οὐσίας, φησί, λέγεσθαι· καὶ ὅσα μόρια ἐνυπάρχοντά τισιν ὁρίζεταί τε αὐτὰ καὶ τόδε τι εἶναι αὐτὰ σημαίνει, ὧν ἀναιρουμένων ἀναιρεῖται καὶ τὸ ὅλον. λέγει δὲ οὕτω τὰ πέρατα τῶν σωμάτων οὐσίας καὶ αὐτὰ λέγεσθαι μέρη καὶ μόρια, κοινότερον εἰπὼν αὐτά, ὡς ὄντων τῶν τοῦ σώματος διαστημάτων, μέρη.* Perversa distinctione enunciati sententia perturbata est; videtur hunc in modum distinguendum esse: *καὶ ἐπὶ τῶν φυσικῶν δὲ σωμάτων τὸ εἶδος ἑκάστου αἴτιον τοῦ εἶναι, ὅ ἐστιν, οὐσίας φησὶ λέγεσθαι· καὶ ὅσα μόρια ἐνυπάρχοντά τισιν ὁρίζεταί τε αὐτὰ καὶ τόδε τι εἶναι σημαίνει, ὧν ἀναιρουμένων ἀναιρεῖται καὶ τὸ ὅλον (λέγει δὲ οὕτω τὰ πέρατα τῶν σωμάτων), οὐσίας καὶ αὐτὰ λέγεσθαι, μέρη καὶ μόρια κοινότερον εἰπὼν αὐτά, ὡς ὄντων τῶν τοῦ σώματος διαστημάτων μερῶν.*

p. 702 b 21. *ἑνὸς μὲν ὄντος* (sc. *εἴδους*) *ὡς αἰτίου τοῦ εἶναι τῷ ἐν ᾧ ἐστίν, —, ἄλλου δὲ ὡς αὐτοῦ εἶναι οὗ ἦν αἰτία ἡ ψυχή.* Legendum videtur *αὐτοῦ τοῦ εἶναι.*

p. 703 a 1. Verba *κατὰ ταῦτα γὰρ ἡ τῶν σωμάτων μορφή, ἥ τε κατὰ τὰ σχήματα* in parenthesi ponenda et particulam *τε* omittendam arbitror.

p. 703 a 21. *τοιοῦτον γὰρ τόδε τι ὂν καὶ χωριστὸν ᾖ.* l. *τοιοῦτον γὰρ ὃ ἂν τόδε τι κτλ.* Cf. Arist. p. 1017 b 24.

p. 703 b 6. *διὰ δὲ τὰ οὕτω, φησί, λεγόμενα ταὐτά, —, οὐ λέγεται ταὐτὰ πάντα καθόλου.* l. *διὸ δή* vel *διὸ καί* coll. b 8. 9. Arist. p. 1017 b 33.

p. 703 b 20. *ἀλλ' ἐν μέρει καὶ διὰ τούτου τοῦ ὁρισμοῦ.* Recipiendum e cod. *M διορισμοῦ.* Cf. b 24. 27.

p. 704 b 17. *δεύτερον σημαινόμενον τῶν διαφερόντων ἐκτίθεται, ὧν τὰ γένει ἕτερα.* l. *τὰ γένη.* Cf. Arist. p. 1018 a 14.

p. 711 a 28. *ὥστε τῷ μὲν τὸ ἀρχὴν καὶ δύναμιν ἔχειν, καθ' ἣν οὐδὲν τῶν χειρόνων οἷόν τέ τι πάσχειν, δυνατὸν λέγοιτο ἄν, τῷ δὲ τὴν τῆς τοιαύτης δυνάμεως στέρησιν.* l. *τὸ μὲν τῷ* cum cod. *M*, ac deinde *τὸ δὲ τῷ τήν.* Cf. a 33. *τὰ μὲν τῷ ἕξιν ἔχειν, τὰ δὲ τῷ ἐστερῆσθαι ταύτης τῆς ἕξεως.* a 11, 13, 23. et supra p. 48. ad Arist. p. 1019 b 6. et p. 135. ad Schol. p. 692 b 3.

p. 719b8. *ἂν μὴ τὴν ὄψιν — λέγωμεν.* l. *ἂν μὲν τὴν ὄψιν.* cf. b11.

p. 719b12. *εἰ δέ τις τὴν ἐπιστήμην οὐ πρὸς τὸ ἐπιστητὸν λέγεσθαι λαμβάνοι, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὗ ἐστὶ καὶ τὸν ᾧ ἐστί.* l. cum cod. *M. πρὸς τὸ οὗ ἐστὶ καὶ ἐν ᾧ ἐστί.* Cf. b17, 20. et Ar. p. 1021a32.

p. 721b39. *οὗ ἔξω μηδὲν ἔστι λαβεῖν πρῶτον.* l. *πρώτου.* cf. b41. p. 722a1, 25. Arist. p. 1022a5.

p. 736a41. *εἶτα λοιπὸν καὶ τρεῖς παραλογισμὸς τίθησι.* l. *παραλογισμούς.*

p. 738a19. *πρόκειται αὐτῷ δεῖξαι ὅτι τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ὄντων καὶ ἃ πρόκειται αὐτῷ δεῖξαι ἄρτια κατὰ συμβεβηκός εἰσι.* l. *τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ὄντων καὶ τὰ αἴτια κατὰ συμβεβηκός εἰσι.* cf. a15, 17, 34. et Ar. p. 1027a32.

p. 739b34. *ἀλλ' εἴπερ τὸ βαδίζον καὶ τὸ καθήμενον ἔστι τόδε γάρ τι καὶ οὐσία ἐστί* l. *ἀλλ' εἴπερ, τὸ βαδίζον καὶ τὸ καθήμενον ἔστι· τόδε γάρ τι καὶ οὐσία ἐστί.* Cf. Arist. p. 1028a24.

p. 742a8. *καὶ ὕστερων ἀποδείκνυσιν.* l. *ὕστερον.*

p. 742b8. *ὅτι πρόσεστιν αὐτῇ ἡ ἐπιφάνεια ἐν τῷ τῆς λευκῆς ἐπιφανείας ὁρισμῷ.* l. *αὐτή.* Cf. Arist. p. 1029b19.

p. 743a37. *τῶν φύσεων τῶν καθ' αὑτὸ οὐσῶν καὶ ἐνυπάρξει ὁρισμοὺς εἶναί φαμεν.* l. *ἐν ὑπάρξει.* Cf. p. 760a48. *τὸ γὰρ καθόλου ζῷον οὐκ ἐν ὑπάρξει, ἀλλ' ἐπινοίᾳ.*

p. 743b29. *οὐ μέντοι ἐστὶν ἀνθρώπῳ τὸ τί ἦν εἶναι τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, ἤτοι οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος ὅπερ τὸ λευκῷ ἀνθρώπῳ εἶναι.* l. *τὸ τί ἦν εἶναι τὸ λευκῷ ἀνθρώπῳ εἶναι.*

p. 743b31. *ἔστι δὴ ὄνομα τῷ λευκῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἱμάτιον.* l. *ἔστω,* cf. a34, Arist. p. 1029b27.

p. 747a36. *ἐπεὶ δὲ ἔμελλέ τις λέγειν ὅτι τὸ μὲν τί ἦν εἶναι τοῦ αὐτοόντος ἕτερον ὂν αὐτοῦ δικαίως ἀνάγεται μὴ εἶναι ὄν* l. *λέγεται μὴ εἶναι ὄν.*

p. 747b2. *δείξας οὖν ἐπὶ τῶν ἰδεῶν ὅτι ταὐτόν ἐστιν ἑκάστῃ καὶ τὸ τί ἦν εἶναι αὐτῶν.* l. *ἑκάστη.*

p. 747b19. *ὁ δὲ αὐτοάνθρωπος ἡ ἰδέα, ἥτις καθ' ἑκάστην ἐστὶ καὶ ἐνυπάρξει, καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς τοῖς καθ' ἕκαστα ἀνθρώποις.* Dubito an legendum sit *ἥτις καθ' αὑτήν ἐστι καὶ ἐν ὑπάρξει καὶ οὐκ ἔστιν ὁ αὐτὸς τοῖς καθ' ἕκαστα ἀνθρώποις.* Cf. b15. *τὰς ἰδέας—καὶ κυρίως ὄντα καὶ οὐσίας καὶ τῶν τῇδε ἑτέρας ἔλεγον,* et p. 760a48.

p. 748a2. *εἴ τις καὶ τὸ τοῦ αὐτοΐππου τί ἦν εἶναι ὄνομα θεῖτο.* l. *τῷ,* et p. 748a6. *εἴ τις καὶ τοῦ φυτοῦ τί ἦν εἶναι θεῖτο*

ὄνομα l. *τῷ τοῦ φυτοῦ.* Cf. a4, Arist. p. 1031b28 et supra p. 94.

p. 749b31. *εἴδους οὖν καὶ ὑπάρξεως αἴτιον. καὶ ὅλως τούτων ὄντων εἶναι καὶ μετὰ τῶν ὄντων συγκαταριθμεῖσθαι τὰς στερήσεις τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἦν εἶναί ἐστιν.* Deleta distinctione l. *εἴδους οὖν καὶ ὑπάρξεως αἴτιον καὶ ὅλως τοῦ τῶν ὄντων εἶναι κ. μ. τ. ο. σ. τὰς στερήσεις τὸ εἶδος καὶ τ. τ. η. ε. ἐστιν.* Cf. verba proxima.

p. 750a43. *ἐὰν δὲ ἀπὸ ταὐτομάτου γένηται ἡ ὑγίεια, ἀπὸ τοῦ λόγου γίνεται, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τεχνίτης ἄρχεται ποιεῖν.* Legendum videtur aut *ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ* aut *ἀπὸ τούτου.* Cf. a40. Arist. p. 1032b24.

p. 752b45. *ἀλλὰ τῇ ἐπινοίᾳ τοῦ χωρίζουσιν ἐκ τῶν πολλῶν.* Nisi longius recedere a vulgata lectione liceat, ut scribamus *τῇ ἐπινοίᾳ μόνῃ* coll. p. 747b19, legendum arbitror *που* pro *τοῦ.*

p. 753a2. *τοιόνδε μὲν τὸ εἶδος σημαίνει τόδε τι καὶ ὡρισμένον — οὐκ ἔστι.* l. *σημαίνει, τόδε δέ.* Cf. Arist. p. 1033b22.

p. 753b24. *τὸ γὰρ εἶδος τῆς οἰκίας τὸ ἐν τῇ ψυχῇ ἀΰλως ὂν τοῦ οἰκοδόμου οὐκ ἔστιν ἡ τέχνη.* Omissa negatione legendum esse *οἰκοδόμου ἐστὶν ἡ τέχνη* apparet cf. b22, Arist. p. 1034a24.

p. 754b20. *εἰπὼν δὲ ὅτι ἀφ' οὗ τὸ σπέρμα ἐστὶν ὁμώνυμόν πώς ἐστι διὰ τοῦ σπέρματος γεγόνοτι, τίνος ἕνεκα τὸ πὼς προσέθηκεν ἐπήγαγεν· οὐ γάρ πως τὰ οὕτω δεῖ ζητεῖν ὡς ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος.* l. *τῷ διὰ τ. σ. γεγονότι,* et *οὐ γὰρ πάντα.* Cf. Arist. p. 1034b2.

p. 755b32. *ἐπειδὴ τά πράγματα ἀπὸ τοῦ εἴδους χαρακτηρίζεται —, λεκτέον ἐπὶ πάντων τὸ εἶδος καὶ ᾗ εἶδος, ταῦτα λεγέσθω.* Comma ante *καί* ponendum, *τὸ εἶδος, καὶ ᾗ εἶδος ταῦτα λεγέσθω.*

p. 757a47. *ὁ καθόλου ἄνθρωπος — οὐκ ἂν ὑπάρξει δὲ ἀλλ' ἐπινοίᾳ.* l. *ἐν ὑπάρξει.* Cf. p. 760a48.

p. 757b19. *δειχθήσεται — μετ' ὀλίγον ἐν τῷ μετὰ χεῖρον βιβλίῳ.* l. *μετὰ χεῖρων.*

p. 758a46. *ἁπλῶς δὲ καὶ διορίστως λέγοντι — οὐδαμῶς ἀποκριτέον.* l. *ἀδιορίστως.*

p. 758b5. *εἰ δὲ μή ἐστιν ἡ ψυχὴ ζῷον, ἤτοι κατὰ τὸ εἶδος ζῷον.* l. *τὸ κατ' εἶδος ζῷον.*

p. 759a40. *καί φασιν οἱ οὕτω λέγοντες ὅτι κοινὰ μὲν τό τε εἶδος καὶ τὸ οὗ ἐστὶν εἶδος ταὐτά ἐστιν.* l. *ἔνια,* coll. Arist. p. 1036b15.

p. 760a44. *αἰσθητὸν γάρ τι τὸ ζῷον καὶ ἄνευ κινήσεως —*

καὶ ὑποκείμενον οὐκ ἔστιν ὁρίσασθαι. l. ὑποκειμένου coll. verbis proximis a46.

p. 761a21,22. εἰ δέ τις — ἁπλῶς λέγει Σωκράτην οὐ Κορίσκον, ὡς ἔχει ἡ καθόλου ἀνθρώπειος ψυχὴ πρὸς τὸ καθόλου ἀνθρώπειον σῶμα, ἔχει καὶ ἡ καθ' ἕκαστα πρὸς τὸν καθ' ἕκαστον. l. ἢ vel καί pro οὐ, et τό pro τόν.

p. 763b33. εἰπὼν οὖν περὶ τοῦ ὡς εἴδους (sc. ὄντος), τουτέστι τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὑπακειμένου καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοτέρου, ἐντεῦθεν λέγει κτλ. l. τοῦ ὁρισμοῦ καὶ τοῦ ὑποκ. Cf. b31. Arist. p. 1038b2.

p. 764a41. εἰ δὸν ἐνυπάρχον ...., ἔψονται. Suspicor lacunam sic explendam: εἰ δ' ὡς ἐνυπάρχον ὑποθώμεθα, ἔψονται. Cf. a37,39.

p. 764a48. Colon pro puncto ponendum; continuatur enim eadem enunciatio ad b2.

p. 764b5. οὐδὲν γὰρ ἧττον τοῦτο τὸ ἐνυπάρχον οὐσίᾳ ἐστί τινος. l. οὐσία. Cf. Arist. p. 1038b20.

p. 765a37. ἢ εἴπερ ἐστὶν ὅλως ἀριθμός, οὐκ εἰσὶν ἐν αὐτῷ αἱ μονάδες ἐναργῶς ἀλλὰ δυνάμει. l. ἐνεργείᾳ. Cf. a35,31,32. Arist. p. 1039a5.

p. 767a20. εἰ δέ τις λέγει ὅτι οὐ καθ' αὑτό ἐστι τὸ ζῷον οὐσία, ἀλλὰ κατ' ἄλλο ἐξ ἐκείνου, καθ' ὃ τὸ ζῷον οὐσία λέγεται, ἔσται ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐκεῖνο ἔσται γένος τοῦ ἀνθρώπου. Ante ἐξ ἐκείνου, unde apodosis ordienda est, commate distinguendum.

p. 767a25. ὥσπερ ἐγὼ οὐκ ἄλλου μέν εἰμι ἄτομος, ἀλλ' οὐδὲ ἄνθρωπος· ἀδύνατον γὰρ τὸ ἄλλου εἶναι ἐμὲ ἄνθρωπον, ἀλλὰ μὴ ἐμαυτοῦ. l. ἄλλου δὲ ἄνθρωπος. Cf. Arist. p. 1039b13.

p. 767a36. Ante ἔσται colon ponendum, ut inde apodosis ordiatur.

p. 768a16. οὐ μὴν τὰ τρία μόνα ὑπάρξουσι τῷ Ἀφροδισιεῖ Ἀλεξάνδρῳ. l. μόνῳ. Cf. Arist. p. 1040a13,15.

p. 773b19. πάντα ἡ τελειότης καὶ τὸ σχῆμα καὶ ἡ τραχύτης ἀναχθήσονται κτλ. l. ἥ τε λειότης. Cf. b18. Arist. p. 1042b35.

p. 774a20. οὔτε τὸ στοιχεῖόν ἐστι τὸ εἶδος οὔτε ἐκ στοιχείων. Omittendus articulus τό ante στοιχεῖον. Cf. a37 et supra p. 51sqq.

p. 776a43. διὰ τί — ἔσονται οἱ τῇδ' ἄνθρωποι κατὰ μέθεξιν οὐκέτ' ἀνθρώπου οὐδενός; τουτέστι καὶ ἔσονται κατὰ μέθεξιν οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτοανθρώπου. l. οὐκέτι τοῦ αὐτοανθ.

p. 776a47. ἐπεὶ δ' ἐκεχώριστο, ὑπόκεινται δὲ συνιστάναι καὶ οὕτω τὸν αὐτοάνθρωπον, ἔσονται οἱ αὐτοάνθρωποι οὐ κατὰ

μέθεξιν ἀνθρώπου οὐδενός. l. ὑπόκειται δὲ συνεστάναι et οἱ τῇδ' ἄνθρωποι. Cf. a42,45. et Arist. p. 1080b18.

p. 778a38. ὡς πέφυκεν ἔχειν καὶ ὁ πέφυκεν ἔχειν l. ὅ pro ὁ.

p. 779a44. πῶς ἐκ τῶν κινήσεων καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλακται τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα. Legendum suspicor ἐπὶ τὰ ἄλλα ἀφῖκται vel ἐπὶ τὰ ἄλλα παρῆκται.

p. 780a3. Ejicienda sunt e textu haec verba οὐ μὴν δυνατοῦ ὄντος τοῦ α ἔσται καὶ τὸ β δυνατόν. Perperam intrusa sunt e proxima enunciatione a6, errore orto per similitudinem verborum antecedentium ἐξ ἀνάγκης τὸ β.

p. 784a44. πολὺ μᾶλλον ἐπιστῆμον εἴη ἄν τι ζῷον, εἴπερ αὐτοεπιστήμη. l. ἧπερ.

p. 784b2. ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμις τοῦ ὑγιαίνειν καὶ κάμνειν καὶ τοῦ νοσεῖν καὶ αἰνεῖσθαι. Legendum arbitror καὶ τοῦ ἠρεμεῖν καὶ κινεῖσθαι. Cf. eum locum metaphysicorum, ad quem haec pertinent p. 1051a9. ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμις τοῦ ὑγιαίνειν καὶ κάμνειν, καὶ ἠρεμεῖν καὶ κινεῖσθαι.

p. 802a20. ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ — —, ἡ μὲν τοῦ Σωφρονίσκου ὕλη αἱ σάρκες καὶ τὰ ὀστᾶ καὶ νεῦρα, ὁμοίως καὶ τὸ εἶδος καὶ ἐνέργεια αὐτοῦ. οὐδὲν διαφέρει τῷ λόγῳ τῆς τοῦ Σωκράτους ὕλης καὶ τοῦ εἴδους. Delendum punctum post αὐτοῦ, quia οὐδὲν διαφέρει tamquam praedicatum refertur ad subjectum ἡ τοῦ Σωφρονίσκου ὕλη καὶ τὸ εἶδος.

p. 802a39. „πρῶτον τοδί", τουτέστι τὸ μικρόν. l. τὸ μερικόν. cf. a40,41.

p. 804a35. ἀπλανῆς l. ἀπλανής. p. 810b14. οὐχ ἔχει. l. οὐκ. p. 811a18. τοῦ ὄκου l. τοῦ ὅλου.

p. 805a10. εἰ δ' ἔστι τῶν ὄντων, ὥσπερ δέδεικται, ἀσώματον καὶ καθ' αὑτὸ ὂν καὶ ἔνυλον. l. καὶ ἄϋλον.

p. 805b1. τὸ δὲ ἀγαθὸν ὅπερ ἐστίν, οὗ ἕνεκα ἀγαθόν ἐστιν. Distinguendum potius arbitror τὸ δὲ ἀγαθόν, ὅπερ ἐστὶν οὗ ἕνεκα, ἀγαθόν ἐστιν. coll. a46—48.

p. 809a2. ὥστε καὶ αἱ σφαῖραι ὑπὸ μὲν τῶν οἰκείων ψυχῶν κινοῦνται, ὥσπερ εἴρηται, ὑπὸ δὲ τῶν τοιούτων θεῶν, ὡς ἡ ἀπλανὴς ὑπὸ τοῦ πρώτου νοός. Adjiciendam ante κινοῦνται negationem οὐ apparet coll. p. 808b46, 809b4.

p. 809a35. ἀλλὰ μὴν κινήσεις παρὰ τὰς πεντήκοντα καὶ πέντε οὐκ εἰσίν, οὐδὲ κινούμενα ἄρα παρὰ ταῦτα, οὐδὲ κινητὰ ἄρα. Pro κινητὰ reponendum est κινητικά aut κινοῦντα, coll. a22,38,45.

p. 810b18. Punctum mutandum in colon.

p. 811b3. *ἡ γῆ δὲ καὶ τὸ πῦρ καὶ τὰ μεταξύ, ἅπερ εἰσὶ προσεχεστέρα ὕλῃ.* l. *ὕλη*, coll. b1.

p. 812b14. *ἡ δὲ πρώτῃ ἀρχὴ ἀϋλότατον.* l. *πρώτη.*

p. 819a30,31. *ἐκ διαιρέσεως δὲ δείκνυσι τοιαύτης ὅτι οὐκ εἰσὶν αἱ πᾶσαι μονάδες ἀσύμβλητοι· ἢ γάρ εἰσιν ἀσύμβλητοι ἢ ἅμα γίγνονται ἐκ τοῦ ἑνὸς καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος αἱ ἐν τῇ αὐτοδυάδι μονάδες καὶ αἱ ἐν τῇ αὐτοτριάδι τριάδες καὶ αἱ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ἕκασται· ἢ πρῶτον μὲν κτλ.* l. *εἰ γάρ εἰσιν* et *αἱ ἐν τῇ αὐτοτριάδι μονάδες.*

p. 820b45. *ὥστε εἰ τὸ ἓν καὶ εἶδος τῆς δεκάδος ἐστὶ καὶ ἀγέννητον, εἰ δὲ δεκὰς γέγονεν.* l. *ἡ δὲ δεκάς.*

p. 821a21. *μέχρι τῆς δυάδος* l. *δεκάδος* coll. a25 et supra p. 44.

p. 826b19. *τὰ θεωρήματα τῶν ἀριθμητικῶν πάνθ' ὑπάρξει καὶ τὰ τῶν αἰσθητῶν* l. *καὶ κατά.* Cf. Arist. p. 1090a14.

p. 828b22. *ἀλλ' οὐ πᾶν δύναται μίγνυσθαι, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὸ ἓν μετὰ τῆς δυάδος τότε γινόμενον ἐκ τῶν κραθέντων ἕτερόν ἐστι τῶν τὸ κρᾶμα ἀποτελεσάντων.* Comma ponendum post *δυάδος*, et pro *τότε* scribendum *τό τε* ex Arist. p. 1092a25; pro *μᾶλλον* legendum suspicor *ἧττον.*

p. 830a8,9. *εἰ οὖν κατά τι γὰρ φασὶν τῶν τοιούτων ἀριθμῶν τὸ μελίκρατον γίγνηται, ἀγαθὸν τὸ τοιοῦτόν ἐστιν ἑκάστῳ τῶν χρωμένων αὐτῷ, εἰ δὲ μέλι οὕτως, οὐκ ἀγαθόν.* l. *κατά τινα* et *εἰ δὲ μὴ οὕτως.*

p. 830a16. *μᾶλλον ὠφελήσειεν, ἐὰν ὑδαρὴς ᾖ καὶ οὐχ ὡρισμένῃ λόγῳ.* l. *ὡρισμένη.*

p. 830a32. *τί ποτέ ἐστι τὸ ἑπόμενον τοῖς πράγμασιν εὖ ἐν τῷ ἀριθμῷ εἶναι τὴν μῖξιν.* l. *τῷ ἐν ἀριθμῷ.* Cf. p. 829b46, 830a2,43. Arist. p. 1092b27.

p. 830b27. *ἢ κ' καὶ πα' ἀέρες.* l. *ἢ κα' ἀέρες.* Cf. b24,29.

p. 832b23. *οὔτε γὰρ ὡς ποιητικὰ οὔτε ὡς τελικὰ οὔτε ὡς τελικὰ ἢ εἰδικὰ αἴτια.* l. *ὡς ὑλικὰ οὔτε ὡς τελικά.*

INDEX LOCORUM.

Δ,	2.	p. 1013b5.	Br. 88, 11.	p. 70.
	2.	1013b9.	88, 17.	71.
	2.	1013b14.	88, 22.	72.
	2.	1013b25.	89, 6.	72.
	2.	1013b31.	89, 13.	69.
	2.	1014a1.	89, 20.	70.
	2.	1014a4.	89, 23.	73.
	2.	1014a7.	89, 26.	73.
	2.	1014a11.	90, 2.	73.
	2.	1014a19.	90, 11.	74.
	4.	1014b18.	91, 21.	52.
	4.	1014b19.	91, 23.	135.
	6.	1016b11.	96, 27.	110.
	6.	1017a6.	98, 6.	60.
	7.	1017a35.	99, 11.	89.
	12.	1019a35.	104, 28.	12.
	12.	1019b6.	105, 7.	48.
	15.	1021b3.	110, 14.	54.
	28.	1024b5.	118, 24.	13.
E,	2.	1026a35.	123, 27.	55.
	3.	1027a34.	126, 15.	118.
	4.	1027b20.	127, 7.	33.
	4.	1027b33.	127, 21.	90.
Z,	1.	1028a32.	128, 28.	61.
	4.	1029b1.	131, 29.	129.
	4.	1029b14.	132, 13.	95.
	4.	1030a1.	133, 9.	118.
	4.	1030a31.	134, 14.	14.
	6.	1031b4.	137, 11.	31.
	6.	1031b8.	137, 15. 16.	50.
	6.	1031b27.	138, 9. 10.	49.
	6.	1031b30.	138, 13.	94.
	8.	1033a27.	142, 4.	91.
	8.	1035a32.	147, 18.	91.
	10.	1035b16.	148, 9.	32.
	10.	1035b33.	148, 28.	92.
	11.	1036b5.	150, 15.	16.
	11.	1036b17.	150, 28.	93.
	11.	1037b1.	152, 27.	95.
	13.	1038b23.	156, 11.	97.

Z,	15.	p. 1040a32.	Br. 160, 18.	p. 98.
	17.	1041a25.	162, 28.	98.
	17.	1041a28.	163, 2.	130.
	17.	1041b5.	163, 14.	99.
	17.	1041b11.	163, 20.	39.
H,	2.	1043a28.	168, 9.	121.
	3.	1043b8.	168, 29.	53.
	3.	1044a3.	170, 7.	100.
	4.	1044b8.	171, 23.	17.
	6.	1045b19.	174, 25.	121.
	6.	1045b23.	175, 2.	122.
Θ,	1.	1046a17.	176, 4.	56.
	3.	1047a27.	179, 5.	17.
	4.	1047b21.	180, 9.	123.
	6.	1048b5.	182, 10.	100.
	6.	1048b7.	182, 12.	47.
	9.	1051a7.	189, 9.	101.
	10.	1051b9.	190, 18.	35.
I,	1.	1052a18.	192, 8.	61.
	2.	1054a12.	197, 18.	18.
	3.	1054a24.	198, 1.	101.
	3.	1054b13.	198 28.	102.
	3.	1055a2.	199, 25.	103.
	4.	1055a28.	200, 26.	55.
	9.	1058b13.	210, 3.	125.
K,	2.	1060b4.	215, 16.	63.
	10.	1066b2.	232, 5.	81.
	10.	1066b30.	233, 9.	81.
	10.	1067a1.	233, 18.	82.
	10.	1067a8.	233, 27.	82.
	11.	1068b8.	235, 7.	82.
	12.	1068b23.	238, 18.	83.
	12.	1068b29.	238, 25.	83.
Λ,	1.	1069a30.	240, 8.	104.
	2.	1069b25.	241, 10.	125.
	3.	1070a20.	242, 13.	131.
	4.	1070b3.	243, 5.	53.
	4.	1070b15.	243, 20.	130.
	4.	1070b24.	244, 1.	130.
	5.	1071a26.	245, 13.	18.

P. 38. v. 23. pro ad l. ut. — p. 50. v. 19. del. ει. — p. 77. v. 6. l. *γένοιτ'*.

Berolini, typis A. G. Hayn.